

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

مقامات للهاريري

# H A R I R I I

ELOQUENTIÆ ARABICÆ PRINCIPIS  
TRES PRIORES CONSESSUS.  
E CODICE MANUSCRIPTO

BIBLIOTHECÆ LUGDUNO-BATAVÆ  
PRO SPECIMINE EMISSI,

A C  
NOTIS ILLUSTRATI

A B  
ALBERTO SCHULTENS.



F R A N E Q U E R A E,

---

Ex Officina WIBII BLECK Bibliopolæ, 1731.



**PERILLUSTRI AC EXCELLENTISSIMO  
DOMINO ET COMITI  
JOHANNI HENRICO  
WASSENARIO.**

BARONI AC DOMINO WASSENARIAE. OB-  
DAMI. HERSBROEKÆ. SPIERDYKI. QUID-  
WYKI. KEMHEMI. LAGÆ. etc. etc. etc.  
EQUITI ORDINIS JOHANNITICI. EQUES-  
TRIS HOLLANDIÆ ORDINIS MEMBRO  
SPLENDIDISSIMO. EJUSDEMQUE PROVIN-  
CIAE NOMINE CELSIS AC PRÆPOTEN-  
TIBUS FOEDERATI BELGII ORDINIBUS  
ADSCRIPTO etc. etc. etc.  
ACADEMIAE BATAVÆ QUAE LUGDUNI EST  
CURATORI PRIMO etc. etc. etc.

**ALBERTUS SCHULTENS.**

# DEDICATIO.

**P**atre, *Illusterrime Comes*, ut  
paucis Te in publico venerer.  
Potentissima me Tibi obstrin-  
gunt vincula, in æreque tum Tuo,  
tum Domus Tuæ splendidissimæ,  
sum totus. Excellentissimus Tuus  
Genitor, quum speciosum illud Aca-  
demiae hujus curandæ munus, quod  
nunc humeris quoque Tuis tam apte  
pulcreque sedet, sustineret, nascenti-  
bus meis studiis adspiravit, atque im-  
mortali me beneficio beavit, quum  
aditum mihi patere jussit ad Orienta-  
les illas Gazas, quibus Bibliotheca  
publica merito caput effert.

In-

## D E D I C A T I O.

Incubantem istis thesauris , atque cum maxime infudantem , ad Ecclesiæ *Wassenariensis* , tum forte vacuefactæ , curam me admovit , peregrinum licet , eadem illa munifica manus , voluntasque prolixa Illustrissimi Tui Patris. Hac in statione , quæ me a deliciis meis haud plane avellebat , sed suavissimum mihi cum iis commercium ex propinquo relinquebat , asseverare Tibi possum , *Excellen-  
tissime Domine* , lucidos mihi soles i- visse: neque ullum unquam diem liquidae sinceræque illius tranquillitatis dulcedinem esse deleturum , quam ibi sub Magnæ Tuæ Domus umbra hau- fi , intimisque sensibus percepit.

Hæc me nunc causa potissimum im-

## DEDICATIO.

pellit ad gratæ devotæque mentis tabellam hanc, publicamque testificatiōnem, tacitis cogitationibus jam ante biennium. Tibi distinatam, *Per illūstrij  
Tuo Nomini* dicandam.

Quæ recens Tuus in me congeffit favor, ut ampliora adhuc sunt, atque cumulatiora, ita patentiorem desiderant campum, quem mihi brevi, spero, aperiet Opus Tuo, Illustriumque Collegarum Tuorum, qui Rem Academicam tutamini, jussu auspiciisque in dias luminis oras evulgandum. Diu Te sospitem Res cernat sentiatque Publica Dabam Lugduni Batavorum ipfis Kalend. Decembribus Anno MDCCXXX.

## PRÆFATI O.

**N**lucem tandem prodire jubeo, minore livet forma, quam a principio destinaram, specimen hocce dissertationum *Harii*, cuius opus quinquaginta *Confessibus*, ut eos vocat, sive potius sermonibus frequenti in *Confessu habitis* contextum, ut *Minerva Phidix*, consecrari meruit; atque in aroë apud Arabes xollocari. *Viri ætatem*, merita, alia quæ ad notitiam tum auctoris, tum operis pertinent, cum Eruditio orbe jam communicavit *Celeb.* *Golius*, edita prima dissertatione *Sananensi*, atque brevibus ad marginem notis illustrata. Extat ea in auctiore *Grammatica Erpeniana*, unde quum adolescentulus jam tum singulari harum literarum flagrans amore, primoribus labris libasse, ingens continuo per venas gliscere sitis, meque subinde pungere atque exstimulare, ad fontes tam uberes copiososque proprius aedundos, pectusque inde, si pote, imbuendum, atque adeo comminadefaciendum.

Eum in finem in Academiam *Batavam*, cuius apparatissimam Bibliothecam, inter thesauros

## P R A E F A T I O.

sauros Orientales, hunc quoque eximum scriptorem recondere compertum habebam, altera vice me transfero, jam gradum in Theologia, post ultimam manum studiis Academicis *Lugduni* impositam, in urbe patria adeptus: atque ad Gazophylacia illa viam auditumqæ affecto. Subnixus commendatione Vener. ac Celeb. *Fabričii*, favoreque mihi per eam parto Illustris Amplissimique *van den Bergii*, quibus publicas pro immortali beneficio grates nunc rependo, a viris Illustrissimis, qui istoc tempore curam gerebant Rei Academicæ peto, impetroque, ut accessus mihi ad scrinia Orientis pateret, excerptendique vel exscribendi quæ in usum meum forent, potestas fieret. Persarum tunc rege, ut *Lyricus* ait, beatior vigebam, atque opima orientis spolia legere, domumque deportare me posse serio triumphabam.

Admissus hæc ad sacra, *Haririum* e vestigio sub oculos, sub manus, sumo, nitide et explanate scriptum, eundemque brevi, sed dilucido glossario scholiastæ illuminatum: assumto

## P R Æ F A T I O.

sumto insuper fusiore Commentario *Teblebi*, qui verborum antiquissimas origines, phrasiumque natales ex intimo linguae sinu cruens, incredibilem mihi lucem prætulit, primusque viam emunivit ad discrepantissimas significationes, quibus radices Arabicæ in Lexicis laborant, ad concordiam concentumque suavissimum revocandas. Hæ faces, quicquid tenebrarum stilus *Haririi* grandisonus, ac mille floribus figurisque variegatus, offundebat, discussere, labore, quem in eo, a capite ad calcem, describendo impendebam, compensante summa animi voluptate; eo quod hoc in scriptore reperirem id, quod spe atque cogitatione præceperam, eminentem et expressam imaginem priscæ illius grandiloquentiæ Orientalis, qua Liber *Jobi* exaratus est, quæque in *Psalmis*, in *Proverbis*, in reliquo corpore Bibliorum, poetico præser-tim, ac prophetico, tam magnifice, tamque insignite se exerit.

Hoc vero illud erat, ad quod inde a primo in hoc curriculum ingressu anhelaram,  
\* \* . quod-

## P R A E F A T I O.

quodque mihi tanquam unicum intensissimi studii scopum præfixeram, ut nempe Linguae sanctæ indelibatum illum florem honoremque, cui seculorum labentium injuria, Rabbinicæque nationis incuria multum detriverat, inde quoque pro virili restituere allaborarem, unde viros doctrina, ingenio, auctoritate principes multa felicissime illustrasse deprehendebam, ita tamen ut plura adhuc posteritati illustranda reliquerint, atque exemplo suo commendarint.

Hic si aliquid forte effeci, vel deinceps effecturus sum, id Generosissimis illis studiorum Altoribus Fautoribusque debere me profiteor, qui per aliquot annos hocce tanto munere atque beneficio me maectarunt, ut non tantum integrum *Haririū*, cum Commentatoribus, meo commodo transscribere potuerim, verum etiam alia complura volumina, Linguae Arabicæ opulentiam affluentissimam simul, simul eloquentiam potentissimam admirabiliter pandentia. Horum e numero sunt, septem *Mosallekāt* illustrium poetarum, qui  
ante

## P R A E F A T I O.

ante Mahammedem floruere, Carmina cedro digna, atque Meccano in delubro propterea suspenſa (id sonat vocabulum *Moallekát*) æternitatis consecrata. Anthologia item veterum poetarum, quæ *Hamasa* inscribitur, id est, *bellica virtus*, quod in fortium virorum facinoribus celebrandis potissimum versetur: *Diwan Hudeilitarum*, sive collectio amplissima carminum, quæ principes *Hudeilitice* tribus, aliquot seculorum decursu, ad palmam gloriæ in gente Linguae suæ studiosissima auferendam, panixerunt: Poema *Ibn Doreidi* museo lepore tinctum, antiquasque Arabiæ Gratias ac Veneres unice redolens.

Ad hæc in usus meos derivanda non tantum me accendebant luculentissimi Commentarii, eruditione Critica referti; verum etiam *Siauharii*, præstantissimi Arabum Lexicographi, perpetua horum Fontium citatio ad verborum vetustissimas significationes adstruendas. Quicquid præterea in *Originibus* meis ex *Siauhario* illo, quicquid ex *Tbiruzabadio*, quicquid aliis ex Codicibus Manuscriptis protuli

# P R Æ F A T I O.

exemplorum, ad linguæ Hebrææ proprietatem e penetalibus Orientis revocandam, id omne ferme ex Bibliothecæ nostræ opulentissimis Gazis haustum atque expromtum est. His quum me anno præterito Illustrium Academiæ Curatorum, Amplissimorumque hujus Urbis Consulum favor, proprius admotum voluerit, publicoque vinculo curam meam obligarit, ut quantum alterius quoque provinciæ mihi demandatae rationes permitterent, iis in lucem proferendis interpretandisque me applicarem, sane quam opportunissimum nunc cadit, quod *Saladini Vitæ rebusque gestis*, sub prælo cum maxime sudantibus, tanquam primitias quasdam novi muneris, præmittere liceat tres priores *dissertationes Haririū*, in usum collegii Arabici, dum in illustri *Frisiæ* Academia stationem obtinerem, typis mandatas; adjunctis notis perpetuis, quibus interior vis ac medulla linguae gustanda præbetur.

Per has si saliva moveatur Philarabibus, Academicæque nostræ juventuti, ad plures venustissimi scriptoris *Confessus* a me efflagitandos, desiderio isti, quam primum me *Saladinus* absolverit, respondere studebo, atque, ut ab initio deliberatum fuerat, numerum saltem denarium horum sermonum complebo. Restat ut verbulo moneam, primi *Confessus* accuratam et perelegantem versionem Clar. *Golio* deberi. In duobus posterioribus convertendis quod elegantiæ deest, fidelitate pensavi, Geniumque Orientis qua potui accurate representatione repræsentavi. Dabam *Lugduni in Batavis*, ipsi Kalendis Decembribus, Anno MDCCXXX.

ABI MUHAMMED ELKASIM

B A S R E N S I S  
VULGO DICTI

H - A R I R I

D I S S E R T A T I O N E S

I N U S U M

C O L L E G I I A R A B I C I

E M A N U S C R I P T O

E D I T Æ

E T N O T I S

I L L U S T R A T Æ.

المقامة الأولى الصناعية

حدث الحرف بن همام قال لما افتعدت غارب الافتراك  
وأنا ناني المترفة عن الافتراك طرحت بي طريحة الزمان  
لي

NOTÆ IN CONSESSUM PRIMUM.

1. افتعدت Est prim. sing.

præt. in oct. conj. a verbo  
sedit, confedit. Cujus derivatum  
غَارِبٌ قَعْدَ Camelus jam infessi ido-  
neus peperit novum verbum  
quod secundum Scholiafsten  
propriæ valet اتَّخَذَ قَعُودًا  
cepit camelum infessui opnum, cum  
que concedit iter facturus. Accu-  
ratius adhuc Tebrizius ad Hamasa  
افتعد اي اتحد هر كبا  
ويقال الفعود الذكر  
والقولص الانثى من شوائب  
الدل Verbum in 8 est capore ju-  
mentum vectorium. Diciturque  
قطلوص <sup>ج</sup>esse marem, قَعُودٌ قَعُودُون  
sceminam e junioribus camelorum.

2. غارب Est accus. sing. in  
stat. constr. demta Nunnatione,  
& proprie signat gibbi camelini  
verticem, idque forma part. præ.  
in prim. conjug. a verbo عَرَبٌ غَارِبٌ  
occidit sol. Absuit longius ne recessit a  
suis. Peregrinatus est. Quasi dicas  
peregrinantem vel peregrinatorem;

est enim gibbns Camelinus vere pe-  
regrinator, absque quo nulla itinera  
Orientales ineunt. Diligentius ad-  
huc vim finit Scholiafsten غَارِبٌ سَنَامٌ الْبَعْرُ وَاعْلَى  
مقدم سنام البعبر واعلى  
الظهر Est anterior pars gibbi Ca-  
melorum <sup>ج</sup> summa dorsi pars.  
Consentit Tebrizius ad Hamasa  
الغارب ما قدام السنام شے  
استعمبر حتى قبل لاعلى  
كل شيء غوارب وقاووا  
علت غوارب الماء والسبيل  
Vocatur غَارِبٌ anterius gibbi  
Camelini: indeque translatum est  
eo usque, ut cujusque rei verticem  
summum hoc vocabulo gibbi adse-  
cerint; dicentes, gibbi aquæ aut  
fluxus elati fuerunt. Hinc lux non  
tantum figuræ Ps. 68: 15. חַרְבָּם  
montes gibbos, id est edito  
vertice prediti; sed & Ps. 48: 3.  
ubi יְמֵה דָוִעֲךָ pulcher tractu vulgo  
reddendum est pulcher gibbo, id  
est, vertice: nam <sup>ج</sup> سوف،  
in quo dissentunt Viri Docti,  
Arabibus est Cameli gibbus elatior;  
quam vim isti loco alibi latius ad-  
stremus.

3. الافتراك Est infinit. conj.

# CONSESSUS PRIMUS. SANANENSIS.

**N**ARRABAT Harit filius Hemmámi, inquiens: Cùm infedissem camelí dorsum peregrinandi ergo, atque procul abduxisset me egestas ab ~~se~~ quilibus meis; jactárunt me fluctus fortunæ

A 2

usque

8. in genit. casu, cum artic. emphat. a rad. غرب، <sup>غَرْبٌ</sup>, quæ respondeat Hebr. غرب. Occidit sol. غرب، <sup>غَرْبٌ</sup> غرباً <sup>غَرْبَابٌ</sup> vesper. غرب، <sup>غَرْبٌ</sup> salix مغرب، <sup>غَرْبٌ</sup> Occidens، <sup>غَرْبٌ</sup>. Hinc succrevit potestas Occidentem petendi, longius peregrinandi &c. In 1, 2, & 8, conjug. Locutio autem & structura ad verbum expressa sic exit, *infelix gibbum peregrinationis longioris*, quam Cl. Golius bene ad genium Latii accommodavit.

4. Atque procul abduxisset me. Constat e tribus, aff. نى & pref. & 3 fém. præt. in quarta Conj. a themate فنای procul discessit.

5. المترتبة Egestas. Articulus præpositus amisit suam vocalem, signo *Wesla* superscripto, ut neteretur cum voci præcedente hæc nostra. Ejus vim & originem sic pandit Scholastes. مترتبة فقر لانها تتصف صحبها Egestas ita appellata est

quod terra adhærescere faciat egenum. Dicerem potius fluxisse a formula قسر دف يبن اه Amba manus tua pulvere impleantur, id est, ne quisquam boni unquam confequaris, qua solet in imprecationibus uti. Radix est pulvere plenus fuit.

6. الأقرب Est plur. fractus cum artic. in genit. casu a sing. قرب، <sup>قَرْبٌ</sup> aqualis, coetaneus, quod ab eadem radice propagatum, videatur notare eum qui e pulvere, & solo natali codomi nobiscum tempore succrevit, id est, Comterrenus coetaneusque. Monet Tebri-zus ad Hamasa أكشن ما يستعمل الأقرب في النساء يقال هذه قرب فلاذة ادا كانت على سنها plerunque usurpatur in sceminiis, diciturque illa est hujus malitiae, <sup>ثوبان</sup> quum est ejus equalis. Non servavit hos fines Hariri, sed ad Viros quoque extendit.

طروحت بي طوايح 7. Egestas ita jactarunt me fluctus for-

tuna.

إِلَيْ صَنَعَاءَ الْيَمَنِ فَرَخَتْهَا حَاوِيَ الْوِفَاضِ بَادِيَ  
الْأَنْفَاضِ لَا أَمْلَكَ بِلْغَةً وَلَا أَجْدُ فِي جَرَابِي مُضْعَةً فَطَعَقْتُ  
أَجْبُوبَ طَرْقَاتِهَا مِثْلَ الْهَامِ وَأَجْبُولَ فِي حَوْمَانِهَا جَوَانِ  
الْحَایِمِ

tunc. Proprie impulerunt me culos, prius est part. præf. in i. a rad.  
impellentes casus temporis. Est طَوَابِحُ plur. fract. a sing.  
quod est part. fæm. Verbi طَاهِيَّةُ, ex quiescentibus med.  
Vav, unde etiam præcedens طَوَحْتُ, quæ est 3 fæm. sing.  
præt. in sec. conj. solet autem  
verbū singulare nominibus plu-  
ralibus subjungi, ut כָּנָה  
Prov. 14: 1. & alibi saepe. Proprie-  
tatem radicis enarrat Scholiastes.  
يَقَالُ طَاهِيَّةُ السَّهْمِ إِذَا خَرَجَ  
عَلَيْهِ غَيْرُ قَصْدِهِ وَقَدَّاهُ عَنْ  
غَرْضِهِ dicuntur de sagitta quam nul-  
lo certo sine exit, atque a scopo suo  
divagatur. Apparet cum تَاهَ  
collationem institui, quod & Gol-  
lius fecit; cuius vis est in errore vago  
ac confuso. Hinc מִן Hebræorum,  
cujus thema fuit מִן, quamvis  
& מִן assimi possit, non  
intelligens fuit, عَلَى, ut ex vitio-  
so Codice Golius, sed غَلَى va-  
go طَوَابِحُ more egit, ut Pocock.  
in not. Misc. jam submonuit.

حاوِيَ الْوِفَاضِ Vacans lo-

Collapsa fuit طَوَابِحُ inanita  
domus, itemque inanis طَوَابِحُ collapsus  
fuit Venter, quam principem duco  
notionem a complicando & convol-  
vendo desumtam, quod est in طَوَابِحُ حَوَّيِ  
per Ha literam, nam A-  
rabes ventrem vacuum & longa in-  
edia collapsum dicunt Complicari ac  
convolvi. Sic طَوَابِحُ Complicatio  
& figurate Fomes, Inedia; quia inquit  
Scoliastes Hariri viscera ciba  
oppleta se se explicant, vacua autem  
complicantur, طَوَابِحُ alia super alia  
convolvuntur. Hinc intelligetur  
quid sit Danieli 6: 19. מִן הַ per-  
noctavit jejunus vulgo, propriæ  
complicatus; convolutus intestina.  
Alterum vocabulum وَفَاضُ  
plur. fract. a sing. وَفَاضُ pbare-  
trum coriaceam, & peram pastorale  
signat, adeoque pulchre extulit  
Hariri collapsus & convolutus peras  
coriaceas, ut ad summam inopiam  
redactum describat.

بَادِيَ الْأَنْفَاضِ Conspicuus  
inopia, proprie Manifestus excessio-  
nis. Eit autem بَادِي part. præf.

usque Sanazam Arabiae Felicis. Eamque ingressus fui vacuis loculis, conspicuus inopiâ, haud possidens diarii quicquam, nec reperiens in marsupio buccellam. Ideo que institui peragrare vias ejus instar errabundi, & obire vicos ejus ambitu sitientis avis, quærens per tractus quò prospiciebam, perque compita, quibus ibam & redibam, liberalem aliquem, cui perfectâ fronte exponerem necessita-

A ۳ tem

In prim. conj. a verbo بَدُو apparetur. Alterum أَفْخَاضْ est infin. conj. quart. a themate نَفْضْ quasi. Concussit, excussit rius est part. præf. a rad. هَامْ med. Je, attonitum vagari, mentis impotem discursare. præsentim præfisi. Illustratur hinc Biblicum دَنْ.

يَدْ؛ ut in originibus editis demonstravi. Scholia festes انساْصْ فقر وفي الحقيقة نفاد الراد وقد انقضى الرجل اي في مرحلة وهو من النقض ان ينقض الرجل وعام مرحلة infin. يَدْ inopiam designat, vere tamen & stricte defectum viatici: Et cujas coniunctus exbarsus est, is vero يَدْ, quod est traditum ab excusione, quem exentit aliquis viatici sui loculum.

طَقْتَ لَجْوَبْ institui perage; ad verbū, cœpiscabam. Est enim radix حَابْ proprie sequitur. Unde impropte trajecit, pertransivit. Ut apud Latinos jecare viam. Carpere iter, & similia.

مِثْلَ الْهَالِمْ instar errabundi prius respondit Hebr. يَوْمَ postea

جَوْلَنْ حَالْمَيْمَنْ

Et obire ambitu sitientis avis. Proprie. Es gyram gyratione circumvolitantis super aqua avis. Prius verbum in fut. prim. Conj. est a radice حَالْ Med. Vav, يَدْ Hebr. cuius gaudium exultans debetur primitivæ notioni gyrandi, unde gyros, arbes, cboras, inter cantum saltumque, ducere, assumentum fuit. Secundum جَوْلَنْ est actio verbi, sive gyratio quaecunque. Tertium حَالْمَيْمَنْ est part. præf. in prim. Conj. ab هَامْ Med. Vav, rem circumlatum fuit, præsentim volatu ut avis sitibunda & aquam appetens, nec tamen attingens. Ab eadem radice est etiam حَوْمَةْ cuius plur. sanus cum aff. حَوْمَاتْها Vicis ejus hic habemus, proprie cumulos arenosos.

الْجَنَّا يُمْ وَلَرُوَهُ فِي مَسَارِحِ الْمَحَانِي وَمَسَارِحِ غَدَوَاتِي  
وَرَوْحَاتِي كَمِّيَا لَخْلُقَ لَهُ دِبَاجَتِي وَأَبُوَجَّالِي  
بِحَاجَتِي

وَأَمْرُوَهُ فِي مَسَارِحِ  
الْمَحَانِي *Quarens per tractus*

*quo prospiciebam. Arabismus accurate expressus præbet. Et pabular per pascua vibraminum meorum. Primo ان Med. Vav, cuius fut. in prim. adest, notat petere pabalum vel aquam, pabulatum aquarumque fuit, a primigenia vi alto citroque commeandi & discurrendi. Hebrew. ٧٧. secundo, est plur. fract. a مَسَارِحِ، quod in Golio omissum, locis quo pastum educitur grex, pascuum amplius & luxurians; a مَسَارِحِ libere dimisit pectus, sicut luxuriare & pascere pro iubitu. Hinc explanandum*

thema Hebræum ٣٣. pulcherrime مسرح العين  
pascum oculi formarunt Arabes, prout Latinis pascere oculos protritum. Pro oculis porro Orator noster *Vibramina extulit* plur. san. a مَسَارِحِ Vibratio, a لمج micuit fulmen. Unde ad oculum magno & multo usu translatum, Vibrantem notat intuitum, prout nictatio fulmina pepererunt oculos nictantes Latinorum. Referantur hæc ad ea quæ de *جَنَّةِ* producta sunt in Originibus nostris. Scholia stes.

مسارح المحناني اي مواضع تسرح عبني فيها بالنظر *Pascua vibraminum meorum sunt loca ubi oculus mens contemplando libere pascitur. Multo venustissime poeta Arabs a Tiberio citatus ad Hamasa.*

وَادِا سَرَحْتُ الْطَرْفَ حَوْلَ قِبَابِهِ  
لَمْ نَلَقْ إِلَّا نَعْمَةً وَحْسُودًا \*

*Quod si oculum libere pastum dimiseris circa ejus tentoria  
Nil obvium habes nisi Opulentiam & Invidos*

وَرَوْحَاتِي | مَسَارِحِ غَدَوَاتِي | *perque compita qui-*

C O N S E S S U S P R I M U S.

7

tem meam; vel literatum, cuius conspectus discuteret macrorem meum, cujusque oratio restinguere ardenter fitim meam.

qui<sup>بَعْضٌ</sup> ibam & redibam. Ad verbum, perque spatio pastuum meorum matutinarum ac vespertino-rum est plur. fract.

a سَاحِلِهِ spatiis quo quis excurrere & evagari possit; a verbo سَاحِلِهِ Med. Je, buc illuc evagari & obire terram. Forma hac in Gallo non prostat.

غَدوَاتٍ est plur. sanus a sing.

غَدوَةً quod est pro غَدْنَةً

a them. غَدْنَةً matutino tempore

excivit, oppos. رَجْلَهُ vespertino-

no tempore rediit. Unde وَحْيٌ

actio, cuius plur. san. hic adest.

Est autem formula غَدَا وَرَجَلَهُ

Mare excivit & vespere rediit, qua vitæ functiones omnes exprimunt, iudeque apud Galoram لا ترقى من أية مغدا ولا من أحيا Per omnia familiis est patris suo: proprie, Non de- script patrem neque in itu matutino, nec in vespertino reditu. Sic Hebrei ire & redire نَسْأَلُ نَسْأَلُ usurparunt pro functionibus omnibus. Conf. Deut. 28: 6. & 31: 2. & 1 Reg. 3: 8. & præfertim Num. 27: 17. unde liquet tum in pastore, tum in gregie locum inventare.

أَخْلَفَ لَهُ دِيْنَاجْتِي

Cui frontem meam perficarem.

proprie, Cui pannum meum fertur detegrem. Est autem دِيْنَاجْتِي

vestis serica, a فَنِيْجْنِهِ finxit pinxit que figuris, honeste translata ad genas, & frontem mollem atque ingenio pudore praeditam, quam eleganter inducit detritam in eo qui rogatorem & mendicum agere cogebatur. Radix حَلْقَهُ levis, glaber fuit, media Dammata; & inde trita fuit vestis. In quart.

أَخْلَفَ detrivit vestem, unde futur. nostrum. Probe tamen notandum proprietatem thematis sitam esse in glabro & levi, quale est Saxum اخْلَفَ undique leve, glabrum, nitidum, fissure, fracturae, cavitatis expers, ut Critici declarant. Similis est vis & ratio in حَلْقَهُ papillas levis,

cuju plur. san. اخْلَفَاتٍ est in Diuans Hudeilitarum, اخْلَفَاتٍ etiam, partic.

duod. conj. ab Ibn Doreid adhibetur pro Saxo glabro undique & subrico. Ex quibus jam' quid Hebreis proprie fuerit pīm & pīpm ad liquidum perdigi potest. E la- pillo levi, qui pīm, succrevit no- tri dividundi partim undique, per frontem proprie & فَاهْ: dein latius. Sed hæc longiorema discussionem requirunt.

بِحَاجَتِيْ أَوْ لَدِيْأَا قَرْجُ مَرْوِيَّةَ غَمْتِيْ وَقَرْوِيْ بِرَوَائِتِيْ  
عَلَتِيْ حَتَّىْ لَدَتِيْ خَاتَمَةَ الْمَطَافِ وَهَدَتِيْ فَاتِحَةَ  
الْأَطَافِ إِلَيْ نَادِيْ رَحِيبِ مَهْبِتِيْ عَلَيْ بِرَحَامِ وَنَجِيبِ  
فَوْلَجَتْ

قَرْجُ مَرْوِيَّةَ غَمْتِيْ  
cujus conspectus discuteret moerorem  
meum. Prius in fut. act.  
sec. conj. est a rad. فَرْج fudit,  
& findendo aperuit. Inde Metaph.  
discussit anxietatem, que veluti  
obstruebat & praecludebat spiritum.  
Ea utique est vis voculae مَهْبَتٌ mae-  
ror angens & prafocans, a مَهْبِتٍ  
moerore oppresgit intercluso spiritu,  
ex deficientibus secunda radicali.  
مرَوِيَّةَ Waw pro Eliph posito ob-  
præcedens Damma, est a rad. رَأَيَ vidit تَرَى.

وَقَرْوِيْ بِرَوَائِتِيْ غَلَتِيْ  
cujusque oratio reslingueret arden-  
tem fumum meam. Verbum مرَوِيَّ  
ex quiescentibus tert. ejusdem est  
indolis ac حَمَّ irrigans, potu ex-  
pletus fuit. Et transitiva notione  
sativus potu, rigavit. Inde signifi-  
catio 4 apud Golium nata, retu-  
lit aliquid, & aliunde baasum de-  
rivaris ad aliquem eum recreatu-  
rus. Id est مرَوِيَّا, proprieopporta-  
tio aqua aliunde baasla, ejusque

prepinacio. Figurate Oratio facun-  
da, narratio delectabilis. Pulcher-  
rime luditur in مرَوِيَّةَ قَرْجُ  
Oratio secunda que irriget. غَلَةَ  
fisis ardor ac verbementia est a غَلَةَ  
ex def. 2 rad. cuius 6. sign. apud  
Golium ponitur forma passivi, Ar-  
dente fisi laboravis. & 4 sign. acti-  
va fissivis non explesus potu; quo  
paedio incidit in eandem potesta-  
tem cum عَلَى, quod est Hebr.  
כְּרָב; quo de Origines nostræ ade-  
antur.

خَاتَمَةَ الْمَطَافِ Extremans  
circuitus. Est proprio part. fæm.  
أَنْ خَاتَمَ sigillans, cuius ra-  
dix حَمَّ obsignavit. jam  
qui aliquid obsignat, is fixum rei  
imponit, unde invaluit  
خَاتَمَةَ الشَّيْيِ Rei cuiuscunque ob-  
signatorium, sive actio obsignans  
pro extremo: ut schol. monet.  
Sic Cocc. summis Dan. 9: 24.  
חַמֵּם נִבְאָתָה ad finiendum. Ad  
eum modum Mubammed semet  
חַמֵּם הנְבִיאָתָה خَاتَمَ النَّبِيِّينَ  
Sigillum Prophetarum insignivit  
Alcor. Sur. 33: 40.

فَاتِحةَ

# C O N S E S S U S P R I M U S .

am. Donec tandem adduceret me extreum circuitus, & perduceret anspicium blandæ percunctionis ad conventum amplum, constantem mutuâ *hominum* compressione & ejulatu. Cum itaque intrafsem intimum turbæ, ut cognoscerem causam illius fletus; conspexi in medio cycli ho-

B minem

**فَاتِحَةُ الْأَلْطَافِ** *Auspiciūm*  
*blande percunctionis.* Prior vox iterum est in part. præl. foem. a فتح *مَنْ* apernit, quasi, aperiens *actio* cuiuscunque rei, *initium latum*, *auspicium.* *ئَلَّا* *يَخْرُجُ* **الْأَلْطَافِ** *Aperiens*, *Auspicans* dicitur, *prima Corani Surata*, unde usus latius sese diffudit. Posterior vox **الْأَلْطَافِ** est genitiv. infinitivi 4 conj. a themate **لَطْفٌ** *subtilis* *sunt cum elegancia*; unde **الْأَلْطَافِ** *subtiliter* & *blande rogavit*. Sic explicatur a Teblebio, quo usum esse etiam Cl. Goliam ex brevibus Scholiis, animadverto: Is enim monuit quoque, **الْأَلْطَافِ**, *لَطْفٌ* pluralea *gratia*.

**مُخْتَوِيٌ عَلَيْيِ نِرْخَامٍ**  
**وَنَحْيَبٍ** *Constantem mutua compressione* & *ejulatu.* Ad genium Arabisini perspicendum vesti debet, *complicatum*, *convolutum*, & *in se collectum* super *compressione*

**جَوَيْ** *ejulatu.* Radix **جَوَيْ** *convolvi compingi cum convolutione.* Inde **جَوَيْ** pudore affectus fuit, ab illa convolutione, qua in Alcorano est **جَوَيْ** quisquiliis convolute, aridæ, fuscae. Alio canali **جَوَيْ** vixit; vivax fuit, a compactione, & coagulatione vitali, quæ ommeni dissolucionem impediret. **جَوَيْ** etiam est comprehendere & complecti sermone. Unde quid *تَرَسِّ* sit, & quid differat a *تَرَسِّ*, quamvis eadem stirpetenatur, liquefere potest.

**غَابَةُ الْجَمْعِ** *intimum turba.* Scholion Cl. Golii monet, vocem proprio notare interiorem & *densam silvam.* Id plenius perspicietur ex Teblebio أصل **الْجَمْعِ** الشجر الملتقي سمي بذلك لانه يغير فيه من **غَابَةُ** *In radice signas* **يَدْخُلَة** *arbores implexas, quod lateat ibi, qui illas intret.* **غَابَةُ** media *Ze*, quod est in densitate obsecro delituit. Inde illustratur Hebreweo-

**فُوْلَجْتُ شَابَةَ الْجَمْعِ لِأَسْبِرْ مَجْلِبَةَ الدَّمْعِ فَرَأَيْتُ فِي  
بَهْرَةَ الْحَلْقَةِ شَخْصًا شَخْتَ الْخَلْقَةَ عَلَيْهِ أَهْبَةَ الْمَسَاجِدِ  
وَلَهُ مِنَ النِّيَاحَةِ وَهُوَ يَطْبَعُ الْاسْجَانَ بِجَوَاهِرِهِ لَعْنَهُ وَيَقْرَعُ  
الْأَسْمَاعَ بِرَوْاجِرِ وَعْنَهُ وَقَدْ أَحْاطَتْ بِهِ أَخْلَاطُ الرَّزْمِ  
أَحْاطَةَ الْهَالَةِ بِالْقَمَرِ وَالْأَكْمَامِ بِالثَّمَرِ فَدَعَتْ إِلَيْهِ  
لِأَقْتِيسِ**

braorum sy. Eleganter cum hac  
densa <sup>وَ</sup> obscura sylva turbe con-  
junctum & verbum quod  
proprie valet intrare latibulum.

### أَسْبِرْ مَجْلِبَةَ الدَّمْعِ

Ue cognoscerem cansas illius fletus.  
Ad verbum, Ue pertentarem at-  
tracticens lacryma. Id est cansas  
que lacrymas excuteret <sup>وَ</sup> evocaret.  
Sic Scholiafestes exponit,  
Magliba de <sup>وَ</sup> جالب ما يحباب  
attrahentem <sup>وَ</sup> جالب ما يحباب  
cansas, que trahat <sup>وَ</sup> eliciat. In  
Conf. 29. noster قريشي بالخان  
Morari meum in diversorio, attractrix causa ignomini-  
nia. In plur. مجالب و فاني  
attractrices cause mee mortis. Ra-  
dix جالب in eundem usum lon-  
ge lateque se admittit. Avicen-  
ya يحباب الناس trahit somnum  
يحبس الهرم trahit sensum.

In sententiis Expenii Num. LXXXII.  
Nimis frequentare homines تجاذب  
trahit malum. تحذف هنا السوء

Hinc derivaverim גָּדֵג Ezech. 5: 10.  
Tonsor, vel verius Raso, qui in-  
ter radendum יְלַבֵּה הַרְטָבָה attrahit  
<sup>وَ</sup> elicit sanguinem. Aliter Cl.  
Hott. in Smegm. Ceterum سبر  
pertentavit, grave est & pervenu-  
stum in hac sede verbum, cuius  
vim ita pandit Scholiafestes يقال  
سبرت بفرج اذا ادخلت فيه  
כְּרֹת מִילָּא نقطيس عمقة  
vulnus, quem immittis in illud  
specillum Chirurgicum, ut explores  
ejus profunditatem. Hæc vis li-  
quido se exerit in <sup>وَ</sup> per Sin.,  
Nechem. 2: 13, 15 ubi aqua hæret  
Viris Doctis.

وَلَهُ مِنَ النِّيَاحَةِ Et clan-  
geniem lamento. Accuratus ex-  
pressum sonat, Et ei tinnitas la-  
mentationis funerea. Primo <sup>وَ</sup> ذكر  
Hebr.

minem extenuato corpore, instructum apparatu itineris religiosi, & clangentem lamento, dum exprimeret rhythmicas sententias exquisito sermone, pulsaretque aures minis hortationis suae. Cingebant verò illum mista genera agminum sicut circundare solet halo Lunam, & tegumenta suos fructus. Igitur ubi proripui me ad illum,

B 2

ut

Hebr. רְנוּ proprio signat sonum tremulum simul & tinnulum, quem edit arcus, jacta sagitta. Idem valet in origine רְנוּ מִתְּאָהָרָה, unde חֲנִין exponitur חֲנִין قرفة tinnula vox. Inde الله في مِنْهُنَّ مِنْهُןَّ מִנְחָה. evibravit in eum aciem oculorum מִנְחָה. Hæc est metaphora, citra figuram in libro Jobi, רְנוּ מִתְּאָהָרָה. Arcus hinc מִתְּאָהָרָה dictus, ad cuius originem a tinnulo gemitu delicatissime allusum ab Ibn ElRoxmi, hoc versiculo defixis oculis inbasit ei. Proprie amatorio.

تَسْكِيِّي الْمَجْبُ وَتَشْكُو وَهِيَ طَالَةً  
كَالْقَوْسِ تَصْمِي الرَّمَيَا وَهِيَ مَرْفَانٌ \*

*Querulum reddit amorem, queriturque, ipsa licet ledens:  
Ad instar arcus, qui praedas configens, tinnulum ipse gemens est.*

Indoles radicis tinnulum & tremulum suum sonum ad letas quoque cantillationes applicari finit: unde שְׁמַעְיָה Ps 63: 6. Magis tamen inclinat in tinnitus gemebundum, ut Pl. 17: 1. & alibi saepe.

وَهُوَ يَطْبَعُ الْاسْجَاحَ بِجُواهِرٍ  
لِفَظَهُ دُمْ exprimeret rhyth-  
micas sententias exquisito sermone. In Arabico est, Et ipse procudebat rhythmos margaritis eloquii sui, supple, confertos. طبع Hebraice יְזַבֵּל. Scholiastes tamen بطبيع nostrum declarat يَخْتَمْ وَيَرْدِينْ abfiguratus كانه طبعها بطبيع abfiguratus & ornabat, ac si figaret illos جواهر annulo signatorio. Tunc plur.

لُقْتَبِسَ مِنْ قَوَابِدَهُ وَلَتَطَّعَ بَعْضَ فَرَابِدَهُ فَسَمَعَتْهُ  
يَقُولُ حِينَ حَتَّى فِي مَجَالَهُ وَهَذِهِ شَفَاقَهُ تِزْيِيجَاهُ  
لَهَا

plur. fract. a جوهر notaret gemmas, ῥραγίδας. Sed margaritarum significatio & crebrior, & congruentior. Jocularre est, quod : *nāv Salmaj.* in Exerc. Plin. p. 181. & 790. pro jocale, vel jocarium inferioris Latinitatis detortum velit, merito reprehensus a Voss. ad Mel. L. 1: 15. qui a prestantis nitoris sub them. جوهر derivat.

### احاطة الاكمام بالثمر

Sicut circumdare solent regumenta suos fructus. Dubium esse nequit, quin ad admirabilem illum, & Orientalibus gratissimum sætum palmarum respiciatur.  $\swarrow$  enim, a

$\swarrow$  operat, specialiter designat involucrum florum palme, ut *Golius* in Lex. notavit, sive elaten. *Ἐλάτη*, quæ & ὡνάδα *Spathe*, non florum tantum involucrum in palma, sed & *Dactylorum* designat. Utrumque alias طلح appellatur. Masculæ palmæ creant flores; femellæ dactylos pariunt. Admirabilem sese præbet natura, in hisce sætibus grandi ibea & involucro claudendis, usque dum prima rudimenta dactylorum in femellis, polline florum e Masculis adspargenda veniant, atque vege-

tanda. non patiuntur angusti, quibus hic constringimur, cancelli, in letum illum latumque campum exspatiari, quo vocibus & phrasibus lectissimis Arabum universalis Historia Naturalis palmarum, egregie instrui, & claro in lumine collocari posset.

لُقْتَبِسَ مِنْ فَرَابِدَهُ Ut pro-

ficerem ex salutaribus ejus monitis. Radix قبس, unde fut. in 8. conj. præ manibus est, significat accendere ignem ab alterius igne,  $\wedge$  قبس torris ardens, aut simile quid, a vicino sumtum, ad ignem succendentum. مقباس idem.

Inde pulchre enata vis *dissen-di*, itemque *docendi*, in utroque enim est *lumen de lumine propagatum*. اقتبس in 8. est rogarit *conf. p. 442.*

torrem aliudve quid, *ad focum suum instruendum*: & figurate scientiam doctrinamve alterius expetit. in altero etiam vocabulo فواید, plur. fract. a فایدة *commoditas utilitas*, genius linguæ speciatim assumptus *monita* & *præcepta salutaria*. Est autem فایدة proprio part. fæm. a media Je, *juvit communitate*, & *opportunitate omniprincipue autem* in 4. conj.

contra-

ut proficerem ex salutaribus monitis ejus, atque colligere  
rem eximia quædam ipsius dicta; audiebam illum dicen-  
tem, cùm jam incitator esset in instituto suo, so-

B 3

na-

contulit ei quod juvaret, frequen-  
tatur pro corredit, docuit, saluta-  
ribus monitis juvit. Et in 10.  
استفاده من  
adjuvamentum ex eo  
petitur, aut percepit, est ab eo edo-  
ctus, in omni scientia institutus fuit.

والنقط بعض فرایدہ Atque

colligerem eximia quedam ipsius  
dicta. فریدین plur. fract. a فرید  
propriæ Unio, qui & فرید، a فرید unicu-  
rus, singularis fuit. a generali  
potestate separandi, quam Hebrei  
quoque tenent sub شدوں。 Scholion

Cl. Golii, & auri segmenta do-  
cet significari, qualia interponi  
solent margaritis. Sic Teblebius  
meus hic exponit شدوں الذهب

تجعل فاصلة بين الجوهر  
Segmenta auri, quæ media inserum-  
tur inter margaritas. Sed quidni  
margaritas ipsas intelligamus, ea-  
rumve baccas grandiores, quas spe-  
ciatim فراید Uniones vocitant;

μονάχοι Græcis recentioribus. U-  
niones autem posuit Hariri, ut  
quilibet facile advertit, pro splen-  
didis وَ eximiis dictis; quem ta-  
men usum figuratum etiam illa  
segmenta aurea recipere possunt.  
Pro Scholastiis mente facere vi-

detur formula لقط المعدن parti-  
culæ auri que in fodinis colliguntur.

Massulae & globuli ab ipsa natura

formati. Hinc ansa porrecta, ver-  
bum لَعْلَه hic adhibendi, quod  
alias paulo in se vilius, splendo-  
rem nunc sumit, & ramentorum,  
vel massularum aurearum spicile-  
gium peculiariter exprimit, inge-  
nio præditive illius, qui loquens  
inducitur, cum معن aurifodina  
comparato. لَعْلَه eit Hebræorum  
وَ rem bumi abjectam rapuit وَ  
collegit, plerumque, ut dixi, vile,  
& in vilibus; conspirante usu Bi-  
blico: sed quod ad rara, cara,  
pretiosa tamen nonnunquam sele  
traduci patiatur.

خطب في مجاله Incitator

est in instituto suo. propriæ, cur-  
reret tolutum in circa suo. Metaph.  
ab equis, & equestri cursu. Ex Te-  
blebio disco, Philologos Arabum  
discordare circa خبر seu  
خبر، quæ est actio verbi،  
aliosque cursum incitatissimum ex-  
ponere, alias سبک متواتر  
medium quendam currendi modum.  
In Lex. Golii tolutum incedere de-  
claratur; unde tolutiloquentia  
dixit Vetus Poeta. مجال cir-  
cus, & campus certaminis, de-  
scendit a جال, quod est لَعْلَه  
gyravit.

وهدرت شفاف لم تجده

Sonarentque e pectore prolata extem-  
pora-

أَنْهَا السَّادِرُ فِي غُلْوَيَّةِ السَّادِلِ تُرْبَ حَيَالِيَّةِ التَّجَامِعِ  
فِي

*porance orationis verba.* امر تجاحل infin. in 8. a جل pedes fuit, pedibus adficit. ٦. Inde امر قبح extemporaneant babuit orationem, præsertim, rhytmo aut carmine fluente, quum verba quis fundit, aut versus, stans pede in uno, ut de Lucilio imitator Horatius. شقاشق est plur. fract. a شقشقة aliquid simile pulmoni, quod oestro percitus camelus ex ore emittit. Inde transfertur ad clamores acres et intentos, ansa arrepta a camelo, acrius tunc et altius barritum reciprocante, quod est هدر in Hist Tamerl p. 58. est,

خرست شقاشقة conticuere ejus intenti clamores. Eleganter, ut solet Hariri, ex intima proprietate lingue, cons. 29. فلما قرت شقشقة الهاذر Camque refrigeratus esset palmo ejus barriens. Cum ardor orationis, qua tragicum deserviebat, resedisset. Dignissimum est Scholion Teblebii, quod integrum hic exhibetur.

شقشقة هي النفاخة يخرجها فحل الايل من حلقة عند هيجانه يرجع فيها هدبة ويفقال للخطباء ذوي

شقاشق لتشدقهم في الكلام ويقال للقصبج هدرت شقشقة والقصبجا هرت شقشقة *Vocabulum* notat pulmoneum quid, quod admissarius camelus e gutture suo premitit, quum astutus, et quo barritum suum ingeminat. Hinc Ora- tores vocantur Domini pulmonum, quia inter differendus os dilatans flexanturque. De Eloquente etiam dicitur, barritus propendulus ejus pulmo, item Eloquentes appellan- tur latiore rictu praediti cum pro- pendulo pulmone.

أَنْهَا السَّادِرُ فِي غُلْوَيَّةِ السَّادِلِ  
O Tu qui attonitus in insolentia tua.  
Vim tu سادس part. præf. in prim. a them. سدس, egregie pandit السادس الراكب هواه الذي لا يزدهد شيء والسادس المتحجر يقال للذي يطبل النظر الي الشمس حتى يتتحجر بصره قد سدس سادس Sadir est libidine sua avectus, quem nibil refrenat: proprie

narentque è pectore prolata extemporaneæ orationis verba : O tu , qui attonitus in insolentia tua , laxas ve-  
stem

proprie autem est attonitus mentis de flumine supra rivas intumes-  
vertigine affectus . Dicitur uenit cente . Inde profluxit notio ebula-  
do eo qui diutius solem intuens ver- liendi exstudiisque sub يَلِيَّةَ ،  
tigine وَ caligine corripitur oculo- omnisque excessus , præsertim illius ,  
rum Sadara , ejusque participium qui cum importunitate وَ insolentia  
Sadir . Sic apparet attonitum talem juvenili est conjunctus . Hoc  
hic intelligendum , qui libidine paulo pluribus deduxi , ut lux ac-  
Cœcus وَ præceps fertur , præfri-  
ctus quasi fulgore felicitatis fuz ،  
que ei caliginem simul & vertigi-  
nem offudit . Alterum vocabulum  
غَلَوَ ا a Rad. يَلِيَّا ultima Waw  
in Goliano Lex. exponitur celeritas  
وَ initium juventutis . Id obseu-  
riuscum . Intellige ferociam ,  
petulantiam , insolentiam , qua  
præfervidæ isti ætati potissimum  
inest . Latius tamen vis patet ,  
prout يَلِيَّا generatim notat excessus  
modum in omni re . Inde غَلَوَ ا  
propriæ , secundum Scholiasten est  
النَّقَاعُ لِلشَّرِّ وَ لِبَلَاجِ فِيهِ  
من غلا في الامر ومنه قولهم  
غلا السعر اذا ارتفع وقال  
ابو البقا الغلو اذساط الشباب  
جهلا ومرحا Efferre in malum ,  
eique importunius deditum esse , a'  
eo quod dicitur excessus modum in  
re aliqua . Inde & dicunt يَلِيَّا  
præsumtum excrevit ultra modum ;  
autem est Abulbeka speciatim hac  
voce figurari petulantiam juventutis  
præstultitia & nimia alacritate . A-  
pud Hebraeos verbum يَلِيَّا ex-  
peravit , excrevit , adscendit , etiam

يَلِيَّا est conflatum ex يَلِيَّا qui-  
quii , & يَلِيَّا particula excitantis  
age , heu . Denique aff . 3 . in 3 .  
per bona spectat ad secundam ,  
Quiquis heu qui vertiginosus in in-  
solentia sua , id est , tua . Conf.  
Job . 18 : 4 . يَلِيَّا نَجَدَ نَجَدَ زَيْنَ . Ubi plura notavi .

### السادل ثوب خبالية

Laxans vellem imaginationis sua .  
Ita proprie sonant , que Golius ob-  
elegantiam Latini Sermonis paulo  
rotundius extulit . سدل est laxa-  
vis , وَ fluere sivit ; speciatim ve-  
stem , quod est delicatorum & su-  
perborum , Syrma trahentium .  
Inde hic metaphora . خبالية est a  
media Je , imaginari , su-  
perbire , præfertim , vana وَ falsa  
persuasione atque imaginatione ; ut  
apud nos quoque imaginari est  
stulte superbire .

### الجماع في جباله

فِي جَهَالَتِهِ الْجَانِحُ إِلَيْهِ خَرَعْبَلَاتِهِ الْأَمْ تَسْتَمِرُ عَلَيْهِ  
غَيْكَ وَقَسْتَمَرِيَّ مَرْعِي بَعْبَكَ وَحَتَّامَ تَتَنَاهِي فِي زَهْوَكَ  
وَلَا تَتَنَاهِي عَنْ لَهْوَكَ تَبَارِكَ بِمَعْصِينَكَ مَالَكَ نَاصِينَكَ  
وَتَجْتَرِي بَعْبَحَ سِيرَتِكَ عَلَيْهِ عَالَمَ سَرِيرَتِكَ وَتَتَوَارِي عَنْ  
قَرِيبَكَ وَأَنْتَ مَرْأَيِي رَقَبَكَ وَتَسْتَخْدِي مِنْ مَمْلُوكَكَ  
وَمَا تَخْفِي خَافِيَةَ عَلَيْهِ مَلِيكَكَ أَنْظَنَ عَنْ مَسْتَهْمَعَكَ  
حَالَكَ إِذَا أَنْ لَمْ تَحَالَكَ أَوْ يَنْغُدُكَ مَالَكَ حِينَ تُوْبَكَ  
أَعْمَالَكَ أَوْ يَعْنِي عَنْكَ نَدْمَكَ إِذَا نَرَكَتْ بَكَ قَدْمَكَ أَوْ  
يُعْطِفُ

*Frenum mordens in stultitias suis.  
Ita ad verbum. Thema حُمْجَعٌ*  
frequentatur in *equo refractario*,  
& *lessorem excutiente*; unde porro  
*precipitem ire*, & *ruere*, itemque  
*refitare*, & *tardum esse*; sic ut  
fiat, monente Scholiaсте، من  
الاصل ان *ex iis que contraria pol-*  
*lent significatione*. Sed est hoc  
commentum Grammaticorum;  
quum nullum vocabulum per se  
unquam *album simul & nigrum*  
eodem sub adspectu indicare queat.  
Casu talia nascuntur, que dissi-  
derc videntur imperitis, sed re-  
vera pulcre concinunt ac con-  
spirant in sua Origine. Exemplum  
habemus luculentum in verbo no-  
stro, quod prima fronte discre-

pantissimas notiones precipitandi  
& refitandi, in concordiam re-  
ducit ope morfi ab equo freni, quam  
contumaciam nunc precipitatio  
nunc refitatio comitatur.

الجانح الي خر عبلاته

*Propensus ad ineptias suas. Continuatur in priori vocabulo me-  
taph. ab equo contumaci, cuius e-  
tiam est inclinare in latus,  
& deflectere a via. Derivatum  
جناح crimen signat, ad quod  
etiam tacite alludit. خر عبل  
& fœmin. *Iudicra & futi-  
lia quæque*. scribuntur etiam  
خر عبلة in *Camus*, atque secundum *Schol.*  
notat*

Item superbiæ, & præceps fereris in multiplici amentia  
propensi ad ineptias! Quousque persistes in delicto tuo,

C gra-

notat proprieٰ للإنسان في نومة بالخيال  
quod vide-  
tur per quietem a somniante. Ori-  
go & compositionis ratio obscu-  
rior est.

مالک ناصبتک Qui prebensam

Tenet frontis tua comam. Egregia  
imago, & digna quæ illustretur.  
مالک part. præf. a ملک posedit,  
dominio tenet ۷۰. Alterum  
ناصبة est coma propendula fron-  
tis, capronas promissas vocat Apul-  
m. Inde figura pervenusta dire-  
runt اخذ بناصبة Tenet comam  
ejus propendulam, pro, habet eum  
in sua potestate, proque arbitrio eum  
ducit, reducit, circumagit, instar  
alienus mancipii, aut iumenti.  
Ex Alcorano citat Schol. simile di-  
ctum، من دابة الا هو  
مالکه و تخت قهر و سلطانه  
Nullum est ju-  
mentum, cuius non capronas ipse  
teneat. quod declarat  
انها بقيمة  
و ملکه و تخت قهر و سلطانه  
Ea esse sub ejus manu ۵' regno ,  
aque adeo potentissimo imperio.  
Pulchre Algazalius in Via ad Pa-  
radisum  
فان القلوب والنواصي  
بده فهـ يـمـلـ الـبـكـ القـلـوبـ  
Nam corda & caprone sunt in manu  
ejus, ۵' ipse corda omnium sibi con-  
ciliabit &c. &c. &c. In Alcorano

etiam demones dicuntur reprobos  
بناصبة propendula coma appre-  
benso, in gehennam trahere. Apud  
Hebreos ۱۳ هـ est pluma copiosior.  
Coma. Casaries. Inde ۱۳ هـ & ۱۴ هـ  
rixari, dimicare. proprie capronis  
invicem prebensis, vel & arreptis  
plumis, ut solent galli gallinacel.  
Arabice in 3 conj. ناصبا digla-  
diari antiis prebensis; quod deinde  
latius ad omne certamen se exten-  
dit. Plukbaren.

يغـيـ عنـكـ قـدـمـكـ sufficiat pro  
te penitentia tua. Verbum، غـنـيـ  
cujus fut. in 4. præ manibus est,  
in Golio exponitur, Contentus fuit  
aliqua re، ۵' pro sufficiente sibi eam  
babuit, huius indigus alterius rei.  
Est notio prægnans, quam & He-  
brezi adoptarunt sub suo ۱۴ هـ re-  
spondit; cum quo غـنـيـ conferti  
debet, licet عنـيـ، Ain non pun-  
ctato, etiam magnam partem si-  
bi vindicet. Sic علىـ & علىـ  
pro ۱۴ هـ, aliaque plura, de qui-  
bus alias commodius. Respondere  
in hac structura, valet sufficere ۵'  
explore omne illud quod requiri pos-  
sit: quod enim deficit & deficitur,  
est ac si non responderet: contra  
respondere eleganter dici potest,  
quicquid expectationem compleat  
& cumulat. Conf. Hos. 2: 20, 21.  
نـلـتـ بـكـ قـدـمـكـ se sellerit te  
lafsu

يُعْطَفُ عَلَيْكَ مَعْشِرُكَ يَوْمَ يَضْمَنُكَ مَعْشِرُكَ هَلَا هَلَا  
أَتَهُجَّتْ

*la;su pes tunc.* Est pertrita Orientis figura, qua offensio & prolapsio in peccatum exprimitur: cuius contrarium est & قدم نبت قدم سبلي pes tunc. Sic Alcoran. Sur. 3: 141. Domine condona nobis criminis nostra, & quicquid modum excessimus uspiam، وَنَبَتْ قَدْمَنَا سبلي pedes nostros. Aliquando gressus & pes stabili adhibetur pro fortuna bene stabili ac fons data, & contra pes fallens labensve. Iterum باطب جاش وَنَبَتْ قَدْمَنَا perquam bono animo, ac firmo pede in Hisf. Tamerl. 105. signat firmitatem intrepidam. Quz omnes formulæ in Psalmis & alibi pastrum quoque reperiuntur.

او يُعْطَفُ عَلَيْكَ مَعْشِرُكَ

*Utve vicem tuam doleas sociorum turba.* يُعْطَفُ fut. in 1. Conj. a عطف reflexit, reflexit in se & duplicitavit. Item intransitive, reflecti. id inflecti non tantum propiciatio & propensum esse, cum tenera affectione, infert sape, verum etiam condolere, ut hic. Sic inflecti super aliquo apud Sidon. ep. 1: 7. est misericordia affici. Quin & apud Cic. post Red. ad Qu. c. 2. Frater erat unus qui suo squalore vestros oculos inficeret. Non ergo ficta est hæc

significatio Arabica, ut Celeb. Vit. putabat ad Esa. 57: 16. ubi Lat. Capel. ḥy tentabat vertere miseret: quamvis versioni ejus non subscriptam. A fictendo عطف & عطف ḥy est amiculum, vestis exterior, diversimode flexa & corpori aptata, ab uso speciali & signato in 2 Conj. quo عطف reflexit, circumflexis valet, amiculum suum obliquavit, & flexu sua que diverso accommodavit ad corporis, id totum involvens & operiens. Hinc cognoscitur, quid Hebreis fuerit ḥy, inter vestiendi vocabula hactenus non sat definite & enucleate perceptum. Insignis figura est in Ps. 65: 14. Valles וְ וַיַּעֲמֹד circum amiciunt se frumento. ut apud Cland. alicubi est viridis amictus montium. in Apul. extat purpureo nitore prata vestire, & apud Liv. quoque virginalis vestiri. Porro a circumamiciendo & sic penitus involvendo subnata est notio deliquii, quem animus implicatus undique & obrutus tenetur; cum caligine oculis offusa. Obscurum est quid sibi velit Job. 23: 9. וְ וַיַּעֲמֹד, in animadversiibus id dedi defectis ad dexteram. Nec paenitet observationis, quum haud dubie primaria sit potestas totius thematis; sed curæ posteriores adhuc uberioris aliquid, specie, subministrabunt. Vocabulum מִשְׁרָא turba sociorum descendit a

gratumque habebis pastum proterviae tuæ? & quamdiu ad summum perges placere tibi, nec tamen abstinere à ludicro tuo? Opponis te contumaciâ tua illi, qui prehensam tenet frontis tuæ comam. Et peccare audes turpitudine vitæ contra eum, qui novit arcanum tuum. Et subducis te oculis propinqui tui, ubi sub conspectu es observatoris tui, & latere cupis servum tuum, cùm haud lateat abditi quicquam dominum tuum. An putas fore, ut profit tibi status tuus, quando advenierit tempus migrationis tuæ? vel ut eripiant te opes tuæ, ubi te extio dederint opera tua? aut ut sufficiat pro te pœnitentia tua, postquam fecellerit te lapsu pes tuus? utve vicem tuam doleat socrorum turba, quando comprehendenter te

C 2

con-

عشر decimum esse *waw*; & decimare. in 3 conj. عشر *consortio* عاشر، *sodalitatem inire*; quæ notio nata est ex ritu veteri, quo sodales prædam partituri jacta sorte, decem faciebant portiones, quas totidem sagittis fortilegis adhibitis distribuebant. Illæ portiones vocantur اعشان، & *sodalitas tali consortio juncta* appellatur عشر، unde porro latius quamlibet *sodalitatem* exprimit, ut *consortium Latinorum*.

يوم يضمك محشر ك  
quando comprehendenter te congregations locus. Diem judicij appellant solenni formula يوم المحشر diem congregationis. Inde محشر locus & tempus congregationis heic Tribunalis ultimi solennitatem signat. Omissam in Lexico vocem, ad opus insigunt.

appendici inseruit Cl. Gol. Signatum & elegans in hanc resi est verbum حضر fut. in 1. a حضر in fasciculum colligavit & confirmavit. Id Hebreis etiam fuit حضر، indeque manuit حضر *gema*, proprie plexa, πλόνυμα. Ergo feliciter Cocc. in Lex. convenire suspicatur cum Chald. حضر confirmavit. Quid est حضر fit, ad Jobum disquiretur.

هلا هلا Cl. Golius Annos? in Lexico particulam hanc exponit agendum, adesendum. Nempe ut Schol. notat، هل هل هل على  
ال فعل وحش عليه Halla est instigationis ad opus & excitationis ad illud. Nec tamen male Golius dedit *An non?* est enim compositionem ex هل an & ي non: dicuntque *An non facies hoc?* quium ad opus instigant.

أَتْهَجَتْ مَحْجَّةَ اهْتَدِيَكَ وَعَجَّلَتْ مَعَالِجَةَ رَأَيْكَ  
وَمَلَّتْ شَبَّةَ اعْتَدِيَكَ وَقَدَّعَتْ نُفْسَكَ فَهِيَ أَكْثَرُ  
أَعْدَائِكَ أَمَا الْحَمَامُ مِنْعَادِكَ فَمَا أَعْدَادُكَ وَبِالْمَشِيبِ  
اَنْذَارِكَ فَمَا أَعْذَارُكَ وَفِي الْلَّاهِدِ مَقْبِلِكَ فَمَا قَبْلَكَ  
وَإِلَيْهِ اللَّهُ مَصْبِرُكَ فَمَنْ نَصِيرُكَ طَالَ مَا ابْقَطَكَ الْدَّهْرُ  
فِتْنَاعْسَتْ

أَتْهَجَتْ مَحْجَّةَ اهْتَدِيَكَ

*incedas aperta via, qua te recta  
ducat.* شَبَّةٌ est via regia, qua  
tenditur ad sacra celebranda, quod  
est حَنْجَةٌ illi via regia pro-  
prium est فَهُجَّ، cuius oct. conj.  
præ manibus, Hebr. ḥnū monstra-  
vis et præivit rectum tramitem ac  
viam regiam. Inde اَنْهَجَّ est  
incedere per viam regiam. اَهْنَدِيَ  
infīn. 8. conj. ab هَدِيَ recta de-  
xit. Ergo structura exquisita ver-  
borum se invicem sustinentium  
& adjuvantium hanc præbet sen-  
tentiam. *An non incedis regia via  
recti ductus tui?* Latinus, *Quis  
incedis!*

وَفَلَّتْ شَبَّةَ اعْتَدِيَكَ

*Et retundis aciem iniquitatis tuae!*  
Insignis figura. شَبَّةً est acumi-  
nata cuspis, præsertim aculeus scor-  
pionis. Homines nequam & inqui-

sunt scorpiones. Scorpiones item vo-  
cant virulentia alicuius dicta بَعْض  
facta. Hinc in proverbium abiit.  
Scorpiones ejus دَبْت عَقَارَدَ  
repitant, pro grassatur dictis fa-  
ctisque virulentis. Hebrew id, vi-  
vente lingua, extulerunt ربُّ عَزْرَبِيَّا  
Inde רְכֵב maledicentia, repetatio  
velut scorpionum, & חֲצַרְאָה רְכֵב  
infamiam spargere וְכַלְעִנְיָה. In Cant. Cap. 7: 10. יְמִינְךָ שָׁמָןָה  
est vinum jucundo reptatus  
titillans labia dormientium. Nam  
נִסְרָנָה repere, subrepere etiam sic  
usurpant. Hoc obiter, ne scrupu-  
lus super רְכֵב, & veram ejus  
originem, obreperet. Redeo ad  
שְׁבָתْ شَبَّةَ aculeum scorpionis, semper  
in iœtu, & conatu lœdendi. Ap-  
posito ergo datur اَعْتَدِيَ in-  
quirati, propriæ infesto incursi,  
ad noxam alteri inferendam. Ra-  
dix est عن ult. Vav. Verbum  
فَلْ eleganter quoque huc admo-  
tum, valet enim infringere aciem,  
sic ut incisure existant & crena:  
Unde

congregationis locus? An non incedas apertâ viâ; quæ te rectâ ducat, & properes ad medelam morbi tui, atque retusâ acie iniuritatis tuæ inhibeas animam tuam, quippe quæ maxima hostis tua? Nunquid mors destinatus tibi finis est, & quid à te paratum illi? Canitie commoneris ut metuas; sed quæ excusationes tuæ? Atque in sepulchro cubandum tibi; & quid à te dici potest? Estque; ad Deum redeundum tibi; quisvero futurus defensor tuus? Diu est, quod te expergefecit Tempus; verum fixisti somnolentum te. Traxitque te admonitio; at præbuisti refractarium te. Et ob oculos tibi propon-

C 3

sita

Unde قل ruptura , crena in acie ensis. in metaph. pars fugata cōbortis. a rupta acie exercitus. Primitiva potestas thematis illius fuit secare , inficere , incidere. Inde Hebreis ۴۷۰ est judicare , putare. Veteres putare ritum dicebant , & putare ratione, hoc est decisus amputatisque falsis opinionibus , verum ۵ integrum , & incorruptum retinere; ut est apud Gell. 6: 5. Antiquissimæ significationis vestigium sub ۲۷۰ offert se Ezech. 28: 23. ۲۷۰ per gladium undique immittendum. Vulgo cadet confusus , ac si a ۲۷۰ foret. Rectius ut Niphal hujus thematis , secabitur , concidetur , consumetur; omni ejus acie refracta ac retusa.

salutem omnem & incoloritatem  
signat. Origo mihi haud dum satis  
perspecta. Eadem Liberandi vis in  
2. 4. 5. 8. sese exerit. Alterum  
صفَتْ est fām. prat. a صَفَيْ

clarus, defecatus fuit liquor; sudas  
fuit aer; liquida fuit fortuna, fe-  
licitas, lētitia. بِأَسْرَ لَاتِيَّةَ est  
Hilarem latamque reddidit;

proprię affect in umbilico, ni fal-  
lor.

وَجَقْ مَوْلَى أَبْدَعَةَ قَطْرَةَ  
Et iura Domini, qua noviter pro-  
duxit creatio hujus? جَـقْ  
Rex. مَوْلَى Dominus

ثُمَّ بِسْطَ يَدِهِ بَعْدَ مَا أَنْجَرَهُ  
وَقِيلَ إِنْجَرَ حَسْرَ مَا وَعَدَ  
وَسَعَ خَالَ إِذْ رَعَدَ فَنَبَذَتْ  
الْدِينَارَ إِلَيْهِ وَقَلَتْ خَذَةً غَيْرَ مَاسِفَ  
عَلَيْهِ

*Dominus. Heras, a ولی prafuit, crām illam pecuniam. Ellipsis, si non Timor, pro, nisi Reverentia, pietasque in Deum impeditret.* نقی Verbum cum The radicali forinatum ex 8. و قی، cavit, custodivit se parum ab omni inquinamento, unde نقی *caſe pureque coluit Deum. Hinc نقی Timens Deum, abstinentis ab omni malo.* نقی & نقی *Ablitionem a malo, Timor Dei. Hac religione præpediti se ait, quo minus dicat جلت Maxima est potentia Nummi. Respicitur ad Epitheta summi Numinis عن وجل*

فَرِضَ primogenitas apud Mosen, proprie auspicium fisi primitus & aperti uteri. Pulchra circumlocutio. Quum autem Nummo aureo hic datur فطر Creandi, ac ex nihilo producendi vis, quoddam quasi Numen ei inesse dicitur.

لَوْلَا النَّقِيُّ لَقْلَتْ جَلَّتْ قَدْرَ نَوْهٍ

*Quod nisi pietas, sane dicerem Maxima est potentia eius. Non Regiam videlicet tantum, sed & Deam Opt. Max. faciunt mortales Sa-*

habet significatus qui paulo longius deflectere videntur ab Hebræo. Utique Magnus & illufaris fuit. Item annosus evasit; exalavit, & alia

Deinceps manū protendit, postquam eum extulisset, & Representat, inquit, ingenuus quod promisit, & pluviam fundit nubes, postquam intonuit. Projeci itaque illi denarium, dixique, Capias eum haud quaquam invito animo donatum: quem

alia, parum respondent τῷ volvere quod est in Λη. Ut tamen Hebreis ἡλίος est propter te, sic Arribibus من جلالك، & Respectu tui. Iterum ut Hebreis Λη est sterlus globosum animalis, sic nostris جلالك

provocationi ejus; unde convertere malim, deinde manū protendit, postquam tam promite respondisset provocanti. Hebreis τὸν indicavit, demonstravit, ob oculos posuit. Origo a τῷ coram. Id autem coram ab eminenti, elatoque atque ante oculos versanti, quae est proprietas, & princeps potestas thematis.

& verbum جَلَّ Collegis sterlus camelinum. Utrumque a volvendo derivandum. Jam vero volvuntur ea fere, quæ Molem habent & magnitudinem; Inde succrevisse potuit potestas illa prima apud Golium; & evolvuntur e suis sedibus qui exulant. Reliqua, ubi maius lumen nactus fuero, expediam.

جَلَّ مَا جَلَّ

Postquam extulisset eum, nempe nummum. فوجد manifesta, clara fuit res, عدد, item med. dam. animosus, strenuus, magnanimus fuit. فوجد نجاشي

Fortis, strenuus & animosus princeps. In 4. extulit in altum, qaz notio hic possit aptari, ut Abuzeidas dicatur. Nummum sibi promissum landibus extulisse. Est tamen aliud, quod suppeditat formula فعوذه انجد

promissime respondit vocationi, vel nubis ad pluviam fundendam, bo-

النجاشي حُرْ مَا وَعَدَ وَسَعَ  
خال انْ وَعَدَ Representat inge-  
nus quod promisit, . وَقَدْ pluviam  
fundit nubes quam tonuit. Due sententiae, quarum alia simpliciter, alia figurate enunciata, eundem feriunt scopum, nemini non patientem. فوجد perfecta fuit res,  
promissio representau; in 4. pro-  
missa exhibuit وَ complevit. حُرْ  
in Liber ingenuus, supra illustra-  
tum. وَعَدَ est τῷ. حُرْ effudit.  
largiore fluxu, cuius derivatum  
وَسَعَ pro epitheto Nubis sub-  
servit, وَقَدْ pluviam largiter fundit,  
atque etiam absolute potest usur-  
pari. خال proprio est dispositio-  
promissime respondit vocationi, vel nubis ad pluviam fundendam, bo-

علية ووضعه في فيه وقال بارك الله  
علية ثم شمر لانثناء بعد  
قوفية التباء فنبشات لي من فكاهته نشوة  
غرايم

*numere pluviae omen, unde partim  
nubem ipsam, partim fulgur delig-  
nat. Scholiastes خال exponit*

سحاب يخيل لك ان فيه مطر

*Nubem que te facit imaginari, in-  
esse in ea pluviam. Nempe per  
tonitra & fulmen; nam Radix  
الحال med. je, imaginatus fuit,  
in 2conj. exponitur tonitru ac ful-  
mine prævio pluviam præmonstravis  
as promisit nubes. In 4. habes  
الحال Respexit ad speciem rei, pecul.  
Vidit ad pluviam esse dispositam nu-  
bem. Pulcra etiam locutio, الحال*

*بـ خـ الـ مـنـ الـ خـيـرـ*  
*Conspexit in eo indicium, signum  
que boni, id est indolis ac virtutis  
præclare. Vides hinc cur الحال  
etiam declaretur apprens bonum;  
& quo sensu خـيلـ fit, De quo  
bona concipitur opinio, aut cuius  
bona appetit dispositio, ad omne  
genus officiorum, strenuus, libe-  
ralis, bonus opum administrator &c.  
&c. quales Hebreis erant ونـ. Alias convenientias Hebraei  
لـ cum خـيلـ Arabum alibi ex-  
equar. Ultimum دـعـرـ،*

*tonitru, supra quoque declaratum,  
& tonantis Nubis emblem, in li-  
berali pollicitatore, expositum.*

**خـذـةـ غـيـرـ مـاسـوـفـ عـلـيـهـ**

*Cape illum libenter a libenti. Id  
forte acuminis captavit Hariri. اسف  
part. pass. 1. ab dolus, tristitia affectus fuit. Conferت  
Golius خـ Hebr. & Chald خـ. Sed cur non potius خـ ipsum significatu illo secundario tristitia  
quem sumere potest, quatenus dicitur خـ شـهـرـ جـلـ Esaj. 16:9. Vulgo ablata est latitia خـ exultatio.  
Elegantius obscurata est, & condita  
veluti nube, prout sol dicitur خـ colligere, retrabere domum, &  
condere, atque obscurare lumen  
suum. اسف ergo Arabibus nubi-  
lum vultum hinc percommode exprimet, partim tristitia, partim  
ira & indignationis indicem: jam  
غـيـرـ مـاسـوـفـ عـلـيـهـ*

*ad verbum sonat, super quem ne-  
motrastatur, nempe nostrum, neque  
ego donans, neque tu donatus.  
Possis & laxiore sensu habere pro  
epitheto Nummi, quem mortales  
omnes ex parte vultu excipiunt,  
conspiciuntve. Prius malum.*

وقال

quem ille ori suo inditum *solenni benedictionis formula* adfecit. Dein accinxit se ad discedendum, postquam *cumulate gratias egisset*; atque *suborta* mihi fuit ex facetiis ejus ebrietas

X

male

وَقَاتَ بَارِكَ اللَّهُمَّ عَلَيْهِ  
Et dixit; Benedicas, o Deus, illi.  
Golio videtur ortum ex  
اللهِمَّ. Posset etiam singulare esse,  
cum servili, ut in  
&c. &c. Usurpatur plerumque in  
votis. Est etiam jurantis, ut A-  
bulphar. 182. Per Deum, اللَّهُمَّ نعم  
isa est.

للبسان. ذيله  
grasandum laciniam. Et p. 213.

فليشرم للقراب او للغراير الذيل  
Itaque substringat vel ad standum,  
vel ad fugiendum, laciniam suam.  
Nempe etiam in fuga usurpatur  
illa substrinctio laciniae. Sic pag. 136.

و شمر للهريم ذيله  
Et substrinxit ad fugam laciniam  
suam. Adde pag. 56. &c. Dicitur  
etiam عن ساقه

شمر عن ساقه  
Tum accinxit se ad discedendum, postquam cumulate  
gratias egisset. Plena phrasis est  
Laciniam suam suscep-  
lit aut substrinxit, quae crebro  
occurrit in Hist. Tam. Ut p. 14.

العرب قصر بـ ad Hamasa.  
المثل قفي كشف الساف  
و ذلك ان الرجل اذا اراد ان  
يصارس امرا شمر ذيله

فشرموا ذيلهم و ترکوا في  
مكان خيلهم واستعملوا في  
نيل مراحهم ليلهم  
Et substrinxerunt laciniam suam,  
relictisque certo in loco equis, adhi-  
buerunt, ad exequenda destinata,  
noctem suam. Et p. 95. و شمر

Arabes proverbialiter usurpant Nu-  
dationem tibice; quia quem quis  
agreditur opus aliquod, substringit  
laciniam suam. In Hist. Dyn. p.  
376. extat, quod & ansam, &  
vim figuræ indicet, Quumque  
tanta sibi arrogaret, in minimis e-  
tiam eorum, que tractabat, des-  
ciebat, prout poeta ait.

يشمر

فَسَرَلَمْ وَاسْتَهَلَلَتْ عَلَيْيِ اِيْتَنَافَ اِنْتَرَامْ  
فَجَرَدَتْ اُخْرَى وَقَدَلَتْ هَلْ لَكَ لَهْ  
قَنْمَهْ

يَشَرِّمُ لِلْجَعَ عَنْ سَاقَهْ وَيَقْمَرُ الْمَوْجَ فِي السَّاحِلِ •

*Substrinxit quasi profundum ingreffaras, a zibia,  
At obruis eam fluctus ipso in litore.*

Hinc porro absolute شَمْرُ studiо sus, diligens, promptus, expeditus fuit. Festinavit. Accinxit se, succinxit se, sive ad agendum, sive ad cœendum. Atque hæc quidem videntur antiquissima indeoles רְמָם, ut in Originibus latius exequar, consensu concentuque utriusque Lingua idoneis exemplis evicto.

فَكَاهْتَنَاتْ لَيْ مِنْ فَكَاهْتَنَةٍ  
فَكَاهْتَنَةٍ نَّشَوَةَ غَرَامْ  
Et orta mibi est ex fa-  
ctio ejus ebrietas male capidimis. A  
فَكَاهْ festivus, facetus, fuit, est  
فَكَاهْ infin. suavitas expromta  
jocandi. غَشْوَهْ est act. verbi نَشَا-  
ult. Vav & je, percepit auram o-  
doremve rei, speciatim vini, unde  
ي. signif. Vino captus fuit, ebrius  
evasit, flore-Liberi videlicet largi-  
ter adflatus. Transfertur etiam  
alteriusve rei, que fit quasi *antra*  
naribus tracta, Odoreve percepto.

Hæc est Origo Hebraï הַדֵּס, in tentando, explorandoque pertriti. Apud Arabes forma نَشَيْلَانَ consedit in eo qui explorat, ac pertentat nova; ut forma فَشَوَانَ in eo potius, quem odor vini adfixavit inebriavit. Hinc ebrietas male cupidinis, فَشَوَةَ غَرَامْ posita pro inconsiderata & nimis cupida largitione. Est nempe affectus animi nimis cupidi deducit.

حَبْ لَنْزَمْ مَعْذَبَ لِلْقَلْبِ

Amor adfixus, & discrucians cor. Radix غَرَامْ obstrictus, obunxius, obseratus fuit.

وَأَسْتَهَلَّتْ عَلَيْيِ اِيْتَنَافَ

اِنْتَرَامْ Et apparuit super me an- spicium obervationis. Clarius expli- cat mentem suam. اُغْتَرَامْ ab eadem rad. غَرَامْ in inf. 8. jam notat eris alieni contractionem, & quidem nimiam, sive obervationem cum pene aere conjunctam, & dedecore. Apud Golium hæc habes in 4. tan-

male cupidinis, & prima auspicia sensi aeris alieni contrahendi,  
Prompque ei alterum, & dixi, num tibi quo vituperes  
X 2 cum,

tantum Conj. Nempe nulla Lexica  
completi valeant, quicquid usus  
admisit. این تنافس etiam est inf. 8.  
ابن،qua valet سبق an-  
terior fuit, notione ducta a naso;  
in 8. پیش از a principio, de novo,  
primum aliquid aggressus fuit. Au-  
spicatus est aliquid. استهلهت

est 3. sciem. pres. ID. ab ظہر  
apparuit, splendere coepit luna. ۴۷۱.  
In decima conj. eleganter adhibe-  
tur ad پارس ut ita dicata, & pri-  
mas apparitiones rerum, estque hæc  
periodus per quam venustæ ac gra-  
viter tornata, Apparuit super me  
et conspecta fuit, auspicatio prima  
gravis observationis, qui veluti ine-  
briatus, fascinatusque dulci cantu,  
crumenam liberalissime solverim  
&c. &c.

re, بارگینر، vagina reddere.  
Inde dicitur; Triparsus est, non a-  
mat evaginare, pro nummos pro-  
mere; Il n'a aime point a degainer.  
Notio primaria rad. جَهْرٌ est  
destrinxit folia ac corticem, decorti-  
cavit. Hoc est triplud Jobi, qui  
non beatissim tantum cutem suam  
testa, sed & decorticavit quasi ac  
destrinxit, ita ut simili abrasio fuit,  
& decorticatio.

هل لکی آن تذمّه قم تقصیر

Est ne Tibi ut vituperes cum, de-  
inde recipias eum. Non injuncta  
Paronomasia est in قضم. فضم.  
Prior est fut. ۱. a دم vituperavit;  
posterior item fut. ۱. a ضم  
contraxit in se, constringit, unde  
Abulphar. p. 162. ضم الله  
recepit illum ad se, qui usus hic e-  
tiam se exerit.

وَانْشَدَ مُرْتَجِلًا وَشَدِي

Cecinitque extempore res-  
versu, ac canora voce proiente resi-  
tavit. من جل part. 8. a مرتجل  
super pedibus abstulit. Inde  
ام تجل ex tempore dixit, op staande voet.  
شددي Propuls camelorum, ie  
cursuque egit; id sit plerumque  
sunt, unde succrevit vis canora  
alta.

Et expromsi alium numnum. Pro-  
prie, strinxi, evaginavi. Solemne  
est حجر السيف Destinxit gla-  
diu, unde Alzazalius eleganter  
extulit حجر عزمة destinxit  
propositum suum, sive aciem constan-  
tis sui propositi. Elegantius adhuc  
Hariri translit ad numnum e  
crumena, tanquam e vagina edu-  
ctum. Francia cundem flosculum  
noscit, in degainer, vagina prese-

قَنْمَهُ ثُمَّ قَضَمَهُ وَانْشَدَ مِرْتَجَلَا وَشَدِي  
عَجَلا

قِبَالَهُ مِنْ خَادِعِ مَهَاجِقْ \*  
أَصْفَرْ دَيْ وَجَهِينَ كَالْمَنَاقْ \*  
يَبْدُو

*aliquaque voce recitandi carmen; e quo fonte Eccl. 2: 8.* شَاهِدَاتِ ابْرَاهِيمِ  
 explicari posse visum prastantibus viris, Nobis aliud de obscuris istis vocabulis sedet. Est adhuc tertia notio شَاهِدَاتِ لِيْتِرَزِ elegans, quid didicit ab aliquo. Videtur ductum a recitando & decantando, quum cirtata puerorum turba redit dictata sua. Crebro utitur A-  
bulpb. Ut p. 408. يَشَدُونَ شَيْئاً مِنَ الْحِكْمَةِ  
*Et pater ejus aliquid de philosophia didicerat. Apposite; nam locum habet in parum doctis; decantaratur aliquid ut pueri solent sub ferula: In Nawabig.*

ما من داب في الادب ابداً \*  
كم من بدا فيه وشدا \*

*Non qui exercet se in Litteris jugiter,  
Ut qui incepit tantum, & decantavit aliquid.*

Reete ibi Zamachisjari. شَاهِدَاتِ part. a خَادِعِ feſellit,  
العلم لخَذَنْ طرفا منه cita est verſipellis deceptor. Usurpatur  
decantavit de doctrina, est, parti- etiam speciatim in nummo acciso,  
culam inde percepit. Quum & iuſtum pondus non habente. Quum autem in Nummum hæc faba cu-  
datur, non quidem direte nunc  
viam illam respexit noster, sed ta-  
men illuc alludere voluisse videtur;  
Male pereat deceptor ſimulans. Im- quasi diceret, vulgo quidem  
precandi formula قِبَالَهُ ampu- fallacem vocamus num-  
tentur ei manus, ad conf. i. expli- mūm, qui accisus & arrufus est; e-  
go

eum? ut deinde auferas, & cecinit haud premeditatus, & canora voce hæc e vestigio fudit

*Male pereat deceptor ille simulans,  
Flavus, duplicitate praeditus, ut hypocrita.*

X 3.

Qui

go vero etiam probissimum voco  
fallacissimum. مهانف est part. 3.

aqua diluit vinum, lac.  
Inde assumta notio amoris haud sim-  
ceri, fucati, infuscata, diluti, mix-  
ti, simulati. Apud Golium hoc  
part. 3. comparet quidem, lege-  
dum quippe عماضف، pro im-  
presso منعطف، sed conjugationis  
ipsius nullamentio. Ejus formam  
infinitivam reperio in Arabiadi  
opere MS.

بيان تكون المصادقة خالية عن المصادقة  
ut esset mutua amicitia vacua omni  
simulatione. Probe observandus  
etiam usus ممن خادع quo منعطف  
de deceptore, est deceptor, qualiter  
dicunt احدها من جائني ما

Non venis mibi de uno, pro, ne  
unus quidem. In Alcor. Sur. 40: 22.

بيان لهم من الله من  
واق Non est ipsis a Deo de pro-  
tector, id est protector. Ibid. vers.

ما لكم من الله من ٣٥. عاصم  
Non est vobis a Deo de de-

fensore. In Bibliis idiotismus etiam  
occurrit.

أَصْفَرَ ذي وَجْهِينَ  
كَالْمَنَافِعِ Flavus, duplicitate  
frontere praeditus, ut hypocrita. Per-  
facete، & duplicitate cum aculeo.  
أَصْفَرَ Flavus nummus aureus  
cur dicatur، quilibet cernit.  
الْأَصْفَرُانِ Duo flaviora sunt  
aurum، & crocus، etiam in com-  
muni lingua. Item أَصْفَرَاءِ  
form. fæm. flavius est aurum ab-  
solute. Sed vide iam quid acumi-  
nis subsit. بنو الأصفر Fili flavi،  
sunt Græci، eorumve Reges. Se-  
met ipsos vocitant Arabes  
Nigros, ut revera multum de Æ-  
thiopetrahunt؛ Europeos colore no-  
atis non tinctos contemtim. الأحمر  
Rubros: Græcos vero الأصفر  
Flavos. Intellige sis Græcorum no-  
mine الروم Romanum in Oriente  
Nomen بْنِ imperium، cum quo  
Saracenis & Arabia bellum inter-  
necivum. Sic الأصفر est invi-  
disum simul & inimicum، eaque  
sub emphasi nota Flavi nunc  
Nummus noster inuritur. Additur  
دو

يبدو بوجهين لعين الرامق \*  
يرى المعنوق ولون العاشر \*

وَجْهٌ

**كالمافق** دو وجهين *Dominus duarum declaravit per faciem sicut hypocrita.* Est part. 3. a facie prodiit, exiit præfertim e latibulo muris campestris, Sapiens illa, ut *Comicus ridicularie ait, bestia*

*facie* facerum. Qui id proprie convenerat Nummo, adversum aversum que signato, nemini non obvium. *Improprie gerit duas facies, versipellis, fallax, hypocrita.* Ipse id

*Etabem que uni cubili nunquam committit suam.  
Quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.*

suffudit sibi nempe cuniculos, Nos proverbialiter dicimus, *Hypocrita exibit, ad omnem ventum, præditos, ut si ab uno foramine ac latere impetratur, ex altero glabiatur.* Inde **فَافَقٌ** *exiens, exitor,* est *muris campestris ille, quadrator alias dictus,* **حَسْرَبُونُ** quia ad quatuor fere caeli plagas foramina sua disponit. *Foraminum distincta nomina dabit Boeb. Hieroz. 1. p. 102.* Præcipuum est **ذَاقَمًا** Hinc ansa sumta ad *Hypocriseos* significationem formandam sub 3 conj. quæ exponitur modo hoc modo illud profiteri in religione. Non placet Damirius apud Boeb. *Mnayebik* appellatum esse hypocritam, quia fidem habet extrinsecus, sed intrinsecus infidelitatem, prout *muris campestris* dominus exterior quidem terra est, sed interior, *Cava.* Frivolum acumen.

*ig voog een gat niet te vangen/ in Vafro, & subdolo. A mure campestriductum dictum. Sic Arabibus omnis Vaser & subdolus, muris campestris rita ad unum foramen bruta capiendus. Speciatim hypocrita, fidem Mubammedam ostentans, quum infidelitatem in pectore sovet. Novatum esse ait Alghabid apud Bach. p. 1012. nec ante Mubammedem sub Gentilismo notum. Cum grano salis id capiendum, quatenus nempe haenota adficiebant tempore Muhamedis illos, qui ad Gentilismum relapsi suere, quum Muhammedem aliquamdiu secessati fuissent. Vis tamen Vafri & subdoli hypocrite, sensu illo lato & generali, haud dubie est antiquior; quod monendum duxi; quia minus exercitati hic possent simplicere. Sic ḥarpius novum est vocabulum, cum Chri-*

*Quis duplici sub forma se oculo contemplantis ingerit,  
Species pulcra amasi, Colore item amatoris.*

Cujus

Christianismo introductum; non tamen tum natum, quem & longe antea simulatorem signaverit.

*Apparet duplici sub forma oculo intuitus est, Spec. leviore intuitu, & contra quoque acriore ac continuo. Prima radicis notio, que copulare posset, atque in concordiam revocare, dissidentes usus, mithi uecdum satis perspecta. Ad eam vestigandam conferri debet*

ترنيق، cujus inf. 2. notat partim continuum in reuagae defixum intuitum, partim visum imbecilliorum. Sunt & alia utrique etemati communia, quæ suspicor pendere a primitivo vibrare. Nempe vibrat oculus acri intuitu fixus in aliquid, idemque vibrare dici potest, quum leviter tantum miscat, & visu stringit aliquid. Ex eodem vibrandi, coruscandive fonte, sive ex nostro filikheren/ reliqui significatus percommode deduci queunt. Exempli causa,

منف العيش *extremus vita spiritus*, een filikherje leveng/ per pulchra figura; unde in Pormatio Ibn Doreid ex 2 Conj. est

لمنف العيش *vix extremum vita balitus relineo. Idem* منف

alio respectu est pigmentis figuris facavitis quid. *Dogen Filikheren.* Alia alias.

زينة المعشوق ولون العاشق *Species pulcra amata, colore amantis. Lepide dous diversissimos habitus pingit, quos praesert Nummus aureus, cui inelt & nitens splendor atque pulcritudo, qualis est pulchelli amasi, & pallens flavedo, qualis est amatoreculi. عاشق Amans, & معشوق Amatus, participia sunt عشق عاشق apud Poetas.*

Amor vehementis, quo cor flagrat quasi agrotat. Nihil de Origine hujus potestatis in Lexicis. En tibi eam a Teblebio erutam.

العشق فرط الحب وسي العاشق عاشقا لانه يذبل من شدة الحب كما يذبل العشقة اذا قطعت

*Ishb est excessus amoris, & amator Aschik dictus est, eo quod marcescat præ vehementia amoris, sicut marcescit convolvulus, quum resecatur. Nempe عشق est convolvulus belxine;*

وحدة عند ذوي الحقائق \*

\* يدعونا إلى ارتقاء سخط الخالق

لولاة لم يقطع يد سائق \*

• ولا بدّي مظلمة من فاسق •

٣

*belxine; quæ ad instar bedera im-  
plicat; Unde malum ab ipsa illa  
implicatione ductam metaphoram,  
qua bederis ambitionis & tenacioris  
amor arctissime illigat atque com-  
plectitur.*

اللذين ينظرون ما في وجْهٍ عندَ دُويِ الْحَقَائِقِ

*Et amor ejus apud possessores veritatum. A* **ذو الْحِلْمَاتِ** *Dominus possessor,* cuius naturam supra vidimus, in plurali est **ذُوونَ**, cuius *Genis.* **ذُوينَ** in *statu Conſi.* hic occurrit. **جَهَابِقَ** est plur. fr. ab **جَهَابِقَةً**

Veritas, cuius radix حق ppri.  
 ذوي الحقائق Domini  
 Veritatum, solenni locutione O-  
 rientis, sunt و العلم أهل الرشد  
 والذين ينظرون ما في  
 الدنيا بعين الحقيقة Predic-  
 recto judicio scientia, insipientes  
 illa que in mundo sunt, oculo veri-  
 tatis. Pulcher usus ذو حقيقة  
 extat in Hamasa, ubi Gladius  
 Bellatoris strenui vocatur

صادر عن حقيقة

### *Sector, Dominus veritatis*

*Id est, non mendax quasi in se-  
cando.* Ad pleniorē etiam intelligentiam linguā faciet docta *Tebri-  
zii* nota, ad alium poetā locum,  
ubi ~~est~~ pro *Vexillo* ponitur.

المرأة والجاءة والمال وغير  
ذلك وقسم ، الراية حقيقة

الحقيقة مما يجب على  
الإنسان ويتحقق عملية ان  
وتحمية فيدخل في هنا اللعنة

*Appellatur ἡ πρώτη quicquid incumbit  
aliqui, tanquam verum ac iussum,  
ad defendendum: intrantque in banc  
vocabuli notionem Mulier, Mulie-  
bria; opes, aliaque ejusmodi: etiam  
Vexillum vocatur πρώτη.*

پنجواں

Cujus amor, judicio veritatem rite tenentium,  
Vocat ad indignationem Creatoris laceffendam temere.  
Absque eo si foret, non furtiva amputaretur manus,  
Nec injuria griffaretur improbi.

Y

Nee

يَدُوْعُ إِلَى اِنْتِكَابِ سُخْتَنْ  
الْخَالِقِ Vocat ad subeundam  
indignationem Creatoris. Verbum  
يَدْعُونَ، in fut. 1. يَدْعُونَ، vocavit  
سَعْيًّا valet impulsi, instigavit.  
أَنْتِكَابٌ est inf. 8. a كَبْرٍ  
يَدْعُونَ vinctus fuit. insedit. &c. &c.  
Grandi figura hic effertur  
أَنْتِكَابٌ سُخْتَنْ Conscendit  
quasi كَبْرٍ infedit indignationem sum-  
mi Nominis, anfa sumta a pharsi  
كَبْرٍ conscientis crimen,  
pro aggressus est. patravit. Eius-  
dem generis est هَوَاهُ كَبْرٍ  
conscendit Cupidinem snam; &  
كَبْرٍ infedit caput  
suum, pro cupiditatibus suis se an-  
ferendum permisit. Venusta per-  
quam locutio quoque كَبْرٍ  
albus Conscendit Limam suam,  
pro, invictus est super Lingua li-  
mata ac promta quasi, fortiter كَبْرٍ  
cunde perorando. Alia complura  
amputo, & finem facio in prover-  
biali formula كَبْرٍ جَنَاحِي  
النَّعَامَةَ Conscendit alas strubiuca-  
meli, فَيَخْفَى الْعَدُوُّ  
in levitate currendi, agendive.

لَوْلَهْ لَمْ تُقْطَعْ يَدُ سَارِقٍ  
Nisi is foret, non amputaretur ma-  
nus furis. Prima vox etribus con-  
ficiata; si, لا لو non، و is.  
قطع قطع يَدَهُونَ،  
est fut. pass. per apocope، a يَدْعُونَ  
yep scidit, secundis &c. &c. Unde  
formula imprecationis قطع اللَّهُ يَدِكَ  
Resecet Denu manum tuum.  
Poena furti trita in Oriente.

وَلَا بَدَتْ مَظْلَمَةٌ مِنْ فَاسِقٍ  
Nec existeret oppressio a pravarica-  
tore. بَدَتْ est 3. s. am. prat. a  
ult. var, apparuit, exticit, exor-  
tas est. A ظلم oppressis violenter,  
est مَظْلَمَةٌ vexatio, & injuria om-  
nis. Prima thematis potestas que-  
renda in obscuro & tenebroso, unde  
الله proprie est adumbrata imago  
rei. الله etiam a viris apprime  
doctis ad radicem الله pertinere  
judicatur. فَاسِقٌ part. praef. a  
فسق praeveraricatus fuit. Improb  
egit. Exivit e cortice maturus da-  
ctylus. Posterior illa notio princi-  
pe loco fuisset ponenda, quum im-  
probatis inde potestas emerserit;  
monente etiam Teblebo meo  
الله

### المقامة الثالثة

٤٧٥

و لا اشمار باخل من طارق \*  
و لا شكا الممطول مطل العايف \*  
و لا استعيد من حسود مرانق \*  
و شر ما فيه من الخلايق \*  
لن ليس يغني عنك في المضايق \*

الا اذا

العايف الخارج عن الطاعة  
و هو من قولهم فسقى  
المرطبة اذا خرجت عن قشرها  
وفسيق عن امر ربها اي خرج  
*Appellatur pene qui exit ex obedientia Deo debita; idque ex eo quod dicant נָפָד dactylus existit e Cortice suo; similiter γυναῖκες defecit a mandato Domini sui, sive transgressus est. Consonat δάκτυλος duobus in locis tantum superiles; ex quibus quam parum de radicis totius indole indicari queat nemo non sentit. Divaricare exponitur; nec male: sed imago dactyli e cortice, erumpentis mirum quantum & vim, & venustatem duplicitis contextus adjuvabit Prov. 13: 3. Ezech. 16: 25.*

و لا اشمار باخل من طارق  
*Et non cōborresceret avarus a nocturno adventore. اشمار est 4 conj.*

Verbi quadrilateri شمشان، quod

و شمشان productum ex trilitero  
cujus شمشان est contractus suis  
vultus. Est autem شمشان nostrum patentissimi usus in horrore,  
pavore, contractione vultus,  
cordis &c. &c. Alcoran. Sur. 39: 46.  
اشمشانت قلوب Contratta sunt,  
corrugata quasi, corda. Sequens  
avarus, a باخل parcus  
tenax suit. Primitiva vis latet:  
inde pendet accurasier explanatio  
Zach. 1: 8. Ultimum  
طارق a, طارق 2, noctu venit,  
signat hospitem nocturnum.

و لا شكا الممطول مطل  
العايف *Et non quereretur prorogatus creditor prorogationem tricatoris. proprio est cudit, prorogatus ferrum. Inde extendit in longum. Speciatim prorogatus, & mille artibus prorogavit spatium solvendi teris alieni. عايف est part. praes. a عايف med. vav, distinuit, impeditivit, &c. &c. Intelligitur hic loci*

Nec a nocturno hospite avarus cohore resceret.  
 Nec tricatorum moras quereretur diu elusus creditor.  
 Neque a verruncare tur invidus oculo emissio.  
 Sane quam pessimis est moribus,  
 Quod tibi in augustinis nil profuturus sit,

Y 2

Nisi

loci Tricator nummarius, solvere  
 lentes, ut Lucilius ait.

وَلَا أَسْتَعِدُ مِنْ حَسْودٍ

Neque ad Deum a verrun-

cum confugeretur ab invido, malo  
 oculo petente. Thema عَادَ

media Vav, est Confugit a mala  
 re ad a verruncum Deum; neimpe

sub formula معَنَّا اللَّهُ مَعَانَ اللَّهِ

Robur Dei; Refugium Dei: Pro-

bibeat & a verruncet Deus. In Sa-

criis nro sic quoque usurpatum;

paucique illi loci ubi rym occur-

rit, plurimum lucis foenerantur  
 ex Arabum اَنَّ. Conjug. 10.

استعاد eadem obtinet vim,

quam prima. Ejus pass. forma a

Scholiaste speciatim declaratur

قَرِيٌّ عَلَيْهِ الْمَعْوَذَتَيْنِ

Legerentur contra illum due aver-

runcatrices Surata. Sic vocant

Alc-rani duo postrema capita, quæ

incipiunt ab اَعُونَ Conugio ad

Dominum. حَسْودٌ invidus, est

forma فَعَولٌ, agentis potestate,

ab حسد invidit. اشقي est part. praeſ. a شقق petivit vi-brata sagitta. Transfertur ad oculum malum, fascinatum, invidum. Pulchre Teblebius راشق

لَيْ عَالِيَنْ مَصِيبٌ بِالْعَيْنِ  
 وَاصْلُ الرَّاشِقِ الرَّامِي بِالسَّهَمِ  
 فَجَعَلَ الَّذِي يَصِيبُ النَّاسَ  
 بِعِينِهِ كَاهِلٌ بِرَشَقِهِمْ جَسَمِهِمْ

Rascibik notat hic, malo oculo peten-  
 tem, est autem in origine, jacu-  
 lans sagittam: facitque eum, qui  
 homines oculo invido petis, tanquam  
 si in eos jacularetur sagittam.

وَشَرٌّ مَا فِيهِ مِنْ الْخَلَاقِ

Sane quam pessimum est quod est in  
 eo de moribus. Sic structura ad ver-  
 bum sonat. خلائق est plur. fr. a  
 خلائق natura, indoles, quicquid a  
 natura inditum. Thema خلف  
 formavit, creavit, finxit. Notio  
 est secundaria, ducta a principe  
 illa quæ est in p̄m glaber, lavis,  
 politus fuit.

ان

الا ادله فر فرام الابق \*  
واها لمن يقذفه من حالف \*  
ومن اذا ناجاه نجعوا الوامق \*  
قال له قول المحقق الصادق \*  
لا رأي في وصلك لي ففارق \*

فقلت

ان كيس يعني عنك في المصايف Quod non respondet pro  
te in angustiis. Hæc vis & proprietas verbidivitis، حتى superius jam constituta est. مضائق est plur.  
fr. a مضيق p<sup>r</sup>، p<sup>r</sup>، locus angustus، difficile negotium. Thema ضاق p<sup>r</sup>، p<sup>r</sup>، angustus، arcus fuit.

الا انما فسر فرام الابق  
Nisi quum ausugérit fuga fugitivi،  
suavis lusus in ancipiitione vocis Fugiens، in part. pref.  
ab ابـق subduxit se فـق abdidit fugitivus. Fugientis autem appellatione adficitur tum fugitivus nequam، tum argentum vivum. Utrumque pervenit et adaptatur Nomo e manibus elabenti. Alluditur præterca ad alterum nomen Mercurii، quod est فـق، فرام itidem aufugit.

واها لمن يقذفه من حالف  
Papa illum، qui deturbarit eum de precipitio. وـها est laudantis & admirantis vocula. Euge، Papa. حـاف O præclarum virum.  
حـاف propriæ est part. pref. ab rafit، quam significationem ortam existimo a p<sup>r</sup>، quatenus glabrum exprimit. Radentis nomine autem insignitur in genere quicquid aceratum، & radere aptum: in specie mons prominens acutus. جـبل اـلس. Teblebius aliter originem deduxit اي جـبل عـال اـلس قـال ابو الـقا الحال المرتفع من قولهـم حـاف الطير في الهـوا اذا اـرتـفع وـدار كالـحلقة Halik est mons altus، glaber， auctor est Ahulbeka Halik vim clati sumississe ex eo quod dicant， Hallaka avis in

*Nisi quum fugitivi ritu aufugerit.*

*Pape Virum illum, qui nequam hoc mancipium e precipitio  
deturbaverit.*

*Et qui ab hoc amatore secretis compellatus alloquiis,  
Absque fuso & fallaciis ei dixerit,  
Haud placet tuum mibi consortium: discedito.*

Hic

in aëre, quum effert sese, & gyros circulosque facit. Viderunt autem proverbialiter dictum esse قذفه dejectum eum de rupe, pro in maximam malam rem abire insit.

وَمَنْ إِذَا نَاجَاهُ نَجَوَ  
الْوَامِقَ *Et qui, quum compellari cœperit eum occulto alloquio amans.* وَأَمَّا قَدْ عَلِمَتْ مِنْ حَالِهِ فَعَلَى أَنْ يَنْجُو  
فِي الْوَادِقِ *actio τε οὐδέποτε συνάντησις.* وَمَنْ قَدْ عَلِمَتْ مِنْ حَالِهِ فَعَلَى أَنْ يَنْجُو  
فِي الْوَادِقِ *taum mibi: ac proin discedito.*

وَأَمَّا قَدْ عَلِمَتْ مِنْ حَالِهِ فَعَلَى أَنْ يَنْجُو  
فِي الْوَادِقِ *sententia, beneplacitum; a vidie. Arabismo ad verbum sic exeuente, non visio in conjunctione tua mibi. Id est non video conjunctionem tuam mibi appetendam. Hebrew quoque suum ταῦτα sic usurpant.*

قَالَ لَهُ قَوْلُ الْمَحْقَقِ *Dixerit ei; pro ut dicitur* حَقٌّ *recto-rigidus. Themata ppn, & pris supra jam enucleata. Proprietatem ergo lingua hic ob oculos posuisse sufficerit.* حَقٌّ *est part. 4. Conj. exprimens eum, qui veritatem rei*

et certo dignoscit, et libere profite-

tar. لا يُؤْمِنُ بِهِ فِي وَصْلِكَ لِي

فَتَأْمِنُ Non placet Consortium

ما يُؤْمِنُ بِهِ فِي وَصْلِكَ لِي  
taum mibi: ac proin discedito. ما يُؤْمِنُ بِهِ فِي وَصْلِكَ لِي  
sententia, beneplacitum; a vidie. Arabismo ad verbum sic exeuente, non visio in conjunctione tua mibi. Id est non video conjunctionem tuam mibi appetendam. Hebrew quoque suum ταῦτα sic usurpant.

مَا أَغْزَى وَبَأْكَ

وَمَنْ copiosus imber inuis! Id est

ما اكثَرَ بلا غتكَ

وَمَنْ larga eloquentia tua! Figura nota.

أَغْزَى وَبَأْكَ

est compar. a copiose fluxit, abundavit. وَبَلْ Proprie est

قطر شديد pluvia vehemens, a copiose & vehementer actus, effususve fuit. Hinc Esaj. 30: 25.

وَبَلْ מִלְחָמָה, non per appositionem, sed Rivi agmina aquarum volentes, copiose & cum impetu

fluentes. Universa etiam radix ad

فقلت له ما اكتنز وبلغك فتال والشرط املك ونفتحته  
بالدينار الثاني وقلت عودهما بالثاني فالقام  
في فمه وقرنه بتواهه وانكما يحمد مغداه  
ويمدح السادسي ونداه قسال الحارث  
بن

*ad hanc proprietatem vehementius, effusus, cum impetu, frequenterque acti, est revocanda; differuntque et hoc in eo, quod posterius fere consignet adducere cum celebritate & pompa, inter effusa & copiosa agmina. Ex hoc fonte Jubilar etiam lateus adhuc etymon recludendum.*

### والشرط املك

*At conditio pollutior est. Est formula proverbialis, quam enucleat Teblebinus*

اي الرم واحق وهذا مثل  
من امثال العرب تصره في  
الحيث علي الوفاء بالشرط  
*Amlacho, est Aphalo superlationis, notans id quod magis necessarium est & iustum: estque ex proverbii Arabum, quod usurpant, quem incitant ad prestandam conditionem. Radix est ملك regnavit; quasi dicas Conditio regnatrix est. Nil aequae curandum, quam ut conditio præstetur.* شرط *conditio*, a

شرط *ripulitus* est, conditionem præfinivit. Est secundarium, a primario fissura incidit aliquid, nota impressa signavit.

### ونفتحته بالدينار الثاني

*Et ad slavi cum denario altero, id est donavi. Vim & elegantiam locutionis sic-explicat Teblebinus*

نفتحته اي مبته واصيته  
اصابة خبيثة والنعحة من  
الذاب القطة

*Naphachtobō tantudem hic est ac jeci & tetigi illum tactu levi; nam Naphchafūlī est particula ejus. Respicit phrasin Alcorani*

اد مستهم نعحة من عذاب

ملك *Quum tetigerit eos status de poena Domini tui. Id est vel se- nissima particula & aura ignis po- penalis. Eadem sub figura, sed in bonum, adfere quam nummo, aura aurei nummi adficeret, venu- stissime formatum. Conferatur, quæ supra latius deduxi de radice*

Hic ego illi, quam copiosus est imber tuus! at ille; conditio tibi tua prestanta est: donavi itaque illum altero hoc denario, dixique, muni ambo versiculis averruncatoriis Corani. Conjecit autem illum in os suum, cumque gemello suo aggregavit. Retrocessit deinde laudans matutinum suum exitum, & celebraens

نَفْعَ رَبِّهِ، ejusque diversis usi- tectum esse velit, orandum.

bust.

عَوْنَاهُمَا بِالْمَتَّانِي

Muni ambo versibus averruncato- riis. عَمَانَ confugit ad Deum aver- runcum, dat in 2. عَوْنَاهُمَا facit ita confugere, unde forma nostra im- perativa. مَتَّانِي plur. fr. a مشني ، ebematis ثَنَى تَرَأَسَ iteravit, quasi dicas iterationes, sive iteratas le- giones. Sic vocatur prima Surata Alcorani, qua identidem interpre- candum iteratur. Ea etiam pro a- muleto iutuntur. Sensus est; Deo gloriā esse tribuendam pro in- sperato lucro, utque illud furtum

فَالْقَاهَةُ فِي قَمَةٍ وَقَرْنَةٌ بَنَوْمَةٌ

Et conjectis eum in os suum, et jani- xit eum gemello ejus. A لقى oce- currit, in 4. conj. est لقى conjectis, فِي Phem, Phim, Phum دَمْ & دَمْ Chald. est os. قَوْلَمْ geminus a rad. قَانَ med. Hamz. دَمَنْ , sicutum habuit in partu, وَجَمَلْ لِعَنْ اثَامَ الْمَاءِ gemellos peperit. Intelligitur gemelli nomi- ne alter ille aureus nummus, quo antea fuerat donatus. Hujus plur. fr. est توَالِيمْ ، unde in Diw. Hud. extat

جبل مشرف التوابين

Mons precessus gemellis.

Hoc est gemino vertice opacens. Fæminine etiam قَوْلَمْ ، unde dualiter Hariri Conf. 7.

نَمْ فَتَحَ كَرِيمَتِيهِ وَرَأْمَا بَنَوْهَتِيهِ

Tum aperuit duo preciosissima sua,

id est, lumina oculorum, وَ vi- brando commovit gemellas suas, id est, pupillas.

وَأَنْكَفَاهَا يَحْمَدُ مَعْدَاهَا

Et regressus est, laudans matutinum exitum

بَنْ هَمَامٌ فَنَاجَانِي قَلْبِي بَانَهُ أَبُو  
زَرْبَد وَانْ تَعْلَمَ رَجَهُ لَكَبِيدٍ وَاسْتَعْدَتْهُ  
وَقَاتَ لَتَ لَهُ قَدْ عَرَفَتْ بُوشِيكٍ وَاسْتَقَمَ  
فِي مَشِيكٍ فَقَالَ أَنْ كَنْتَ بَنْ هَمَامٌ فَجَيَّبَتْ  
بَاكِرَامٍ

*exitum sum. A شا ult.*

*Hamz. retro vertit, est in 7. retro-  
versus fuit. A غدا ult. Vav, ma-  
ne venit, est مَعْدِي actio, quod  
in Golio tantum comparet in figura,  
& proverbialiter ما قرک من اییه مغدی ولا مراحہ*

*per omnia patri est similis. Ad ver-  
bum, non relinquit patrem nec ma-  
satino exitu, nec reditu vespertino.*

*فَنَاجَانِي قَلْبِي بَانَهُ أَبُونِي زَيدٍ  
وَانْ تَعْلَمَ رَجَهُ لَكَبِيدٍ*

*Et insurrauit mibi cor meum esse  
bunc Abuzeidum; ejusque claudica-  
tionem, esse fraudem. 3. conj.  
فَاجَا clanculum locutus est cum  
aliquo, supra semel iterumque  
visum, a فَاجِي نَجِي*

*تعارج بَانَه in quod ille, proprie.*

*inf. 6. a عَرَجَ clandicavit, præ-  
sertim ex accidente aliquo. لَكَبِيدٍ  
habet Lamed Emphaticum, est*

autem كَبِيدٍ Stratagema, fratre,  
dolus a كَاد med. je dolum fra-  
xit. Designat etiam excusione igni-  
mis qua fit ignitabulo, quam prin-  
cipem esse significacionem vix am-  
biget, qui formulas excessi somnis  
igniariss, in principio hujus con-  
fessus adductas, contulerit. Semel  
tantum in libro Jobi offert sele-  
ctio, hinc utique illustrandum.

**وَاسْتَعْدَادٌ**

*Et rogavi eum ut rediret. Est 10.  
conj. a عَاد med. Vav, redit. Apud Golium haec conjung. expo-  
nitur, petiit ut repeteret: sed latius patet; nam ut Scholia festi-  
plicat, استرجع est استبعاد جمع  
وَقَالَ عَدْ عَلَى petiit ut rediret,  
dixitque, redi ad me.*

*قَدْ عَرَفَتْ بُوشِيكٍ Projectio  
agnitus es per pictam tuam eloquen-  
tiā. وَشِي est act. Verbi  
pinxit coloravitque vestem, pan-  
num. Coloravit, Iucavit, pinxit  
orationem; partim in bonum, ut  
hic*

brans conciliabulum & ejus munificentiam. Dixit Harith Ibn Hemmam, Clanculum suggestit mihi cor meum, esse hunc A-  
bazeidum, & dolose claudicationem ab eo simulari. Et jus-  
ficum reverti, dieens ei, jam pigmentis orationis tuæ prodi-  
tus

Z

hic; partim in malum. Notat e- nem. قام الى الشيء fletit, surre-  
tiam quod crispum, formi- xit ad rem, pro capite, aggressus  
cans, وشي وشي est facere quid. قامت الراية  
undulatum enitet in lami- jumentum, pro elanguit, defessum-  
na ensis. Auree vena nitelam, a- ve fuit. قامت الماء  
liaque, que profundius quid the- fletit aqua,  
gnati huic subesse indicant. Pro- قام القنطرة  
fundioris utique Originis est, quod fletit pulvis, caligo &c. &c. pro  
signet opulentiam, abundan- قامت الشمس  
tiam opum, quodque dicitur fletit sol pro ad meridianum culmen  
وشت الماشية وشت الحرف  
progenie abunda- pervenit. قاتم الحق  
vix pecus: itemque in 4conj. PRO apparuit & effulgit.  
أوشي وشي قاتم الحرب  
abundavit opibus: nec non, fletit bellum, pro ferbuit  
prima plantarum germina edidit & flagravit vehementius. قاتم  
terra, primos fructus palma. In 8 fletit forum, pro calidum  
præterea انتشى a fractura coactus fuit ferbuitque. Quæ & alia com-  
liqua, a Lexicographis indistretum pluscula, ad illustrationem sacri  
tradita, rite digeri, atque ad pri Codicis facientia, in aliud tempus  
mavum fontem revocari meren- seponantur.

تَسْتَقْعِدُ فِي مَشِيقٍ Et recto  
pede incedas. Rectus esto in ingressu  
suo. A قام fletit, surrexit,  
in 10. استقام se erexit in pe- حبيبي  
des. Thema est copiosum & formu- حبيبي  
lis prædives, quarum gustulum  
percepisse juvabit, quodin Bibliis  
etiam قام amplam teneat ditio- حيّاك الله  
ce; و Vivas inter honoratos. Radix  
Vixit, in 2. حبيبي  
creavit regem; unde formula  
Regno te beet Deus.  
Notio orta a solenni acclamatio-  
ne Vivat Rex. Eodem e fonte flu-  
xit altera notio 2 Conj. Salutavit.  
In

بـاـكـرـام وـحـيـت بـيـن كـرـام قـلـت لـه اـنـا الـحـارـنـ فـكـيـف جـالـكـ وـالـحـوـادـنـ قـالـ انـقـلـبـ فـيـ الـجـالـيـنـ بـوـسـ وـرـخـاـ وـانـقـلـبـ مـعـ الـرـيـحـيـنـ فـوـزـعـ وـرـخـاـ قـلـتـ كـيـفـ اـدـعـيـتـ القـرـلـ وـمـاـ مـثـلـكـ مـنـ هـزـلـ وـأـسـتـسـ بـشـرـهـ الـذـيـ كـانـ تـجـليـ ثـمـ اـنـشـدـ حـيـنـ وـلـيـ

فـيـ

<p>In passiva forma hinc habemus <b>كرام</b>. Ultimum <b>كرام</b>.</p> <p><i>Salutatus sis. Sequens est inf. &amp; conj. honore officere, a plur. fr. a كرم <b>bonoratus</b>, gen. <b>nerosus</b>, <b>nobilis</b> &amp;c. &amp;c.</i></p> <p><b>انقلب في الـجـالـيـنـ بـوـسـ</b></p> <p><b>وـرـخـاءـ</b></p> <p><i>Versatus sum, duplice in statu, miseria &amp; laxitatis. Avertisse, versavit, &amp;c. est conversus, passivam vim exerens.</i></p> <p><b>حـالـيـنـ</b></p> <p><i>status, miserit, laxitatis. Avertisse, versavit, &amp;c. est conversus, passivam vim exerens.</i></p> <p><b>فـيـ</b></p> <p><i>genit. dual. ab حـالـاـ status, fortuna. malum, miseria, med. Eliph <b>fetidus</b>, malus, fuit; item miser &amp; infelix.</i></p> <p><b>رـخـاءـ</b></p> <p><i>Laxitas. Commoditas bonorum, amplitudo opum: a رـخـاءـ</i></p>	<p>ultima <i>Vav.</i> &amp; <i>je</i>, <i>Laxus, mollis flaccidus</i> fuit.</p> <p><b>وـأـنـقـلـبـ مـعـ الـرـيـحـيـنـ</b></p> <p><b>conversatus sum cum duobus ventis, procelloso, remissioque. Ab eodem in رـخـاءـ</b></p> <p><b>تـقـلـبـ</b></p> <p><i>epitheton venti procelloso,</i></p> <p><i>a رـخـاءـ agitavit, concussit arborum. Hebraic γινεται moveri, concuti, cuius Pibel foret γινεται.</i></p> <p><b>لـتـدـرـيـ</b></p> <p><i>Itidem epitheton venti remissi, plena enim locatio est quod occurrit in Epiſt. Ibn Toph. p. 193.</i></p> <p><b>فـارـسـلـ</b></p> <p><b>الـلـهـ الـيـهـمـ رـيـحـاءـ</b></p> <p><i>Et immisit iis Deus ventum laxum, remissum. Figurate apud Abulphar. pag. 555. extat فـسـلـيمـ رـخـاءـ الـأـمـنـ</i></p>
--	---

tu es, robustum itaque ingressum libere resumas: ille vero, si tu Ibn Hemmam es, quam honorificentissime sis salutatus, & inter nobilissimos longum Vivas. Et ego, suin equidem Harrub, tuus vero quis status, quæ fortunæ? Tum ille, inter duplarem conditionem miseriae & laxitatis versatus sum, & cum duplice vento vobementi ac remisso conversatus. Ego iterum, Quid claudicationem mentitus es, quum te quidem tale haud debeat ludibrium? Et nubilum duxit nitida facies ejus quæ effulserat; aversusque recitavit.

Z. 2

Clau-

الامن والامل *Lenes aura secundatis & fidei.* Sub figura etiam noster enunciat, quod antea simpliciter posuerat.

**كيف أدعى اللَّهَ**  
Quomodo professus es claudicationem?  
الْأُخْرَى الْأُخْرَى  
ultima vox, vocavit, habet  
in 8. arrogavis fibi, vindicavitque aliquid. assumpsit, professus est, pro se talis &c. &c. &c. فَرِّلْ  
Claudicatio & quidem deformis, monente Teblebio. In principio confessus hujus etiam occurrit.

**وما ملكك من هرزل**  
Et non similis tui est, qui ita iudat.  
Id est, haud decet te tam turpis latus emonuisse claudicationis: ita Schol.

**ليس منك**  
وعلي اخلاقك من  
يرضي بهذا النقيصة  
Non quasi similis tui est, tuisque mo-

ribus, placere sibi potest in hoc dedecore.

**وانتسى بشارة الذي كان**  
تَجْلِيَ Et condidit se leta facies eius, que reniduerat. A سَرِّ in 10. existit لَسْتَ se abscondit Luna, occidit astrum, delituit aliquot noctibus. بَشِّرَ exprorectae frontis solutio & hilaritas. Radix لَهُ نُونِيَ exhilaravit; cui supra aliquid lucis adspersum. تَجْلِيَ est 5. a دَلَّةِ جَلَّيَ revelari. Renidesce velo discussio.

**تعارجت لآمنة في العرج**  
Claudicationem simulavi, non appetentia claudicationis. A عَرَجَ descendit per scalam, succrexit porro vis claudicandi, unde in 6. تَعَارَجَ simulavit se claudicare. Thema dignum quod penitus excutiatur, atque

تعارجت لا مرغبة في العرج ولكن لاقرع باب

الشُّرُجُ \*

والقي حبلي على غاربي واسلك مسلكى من

قد مرج

فإن لامني القوم قلت اعذر و أنا فليس على الاعرج

مبنی حرج \*

atque ad Originem suam reducatur.

**وَلَكِنْ لَفْرَعْ بَابَ الْمَرْجَ**  
*Sed ut pulssem ostium gaudii. Hoc  
 est, ut aditum mibi parem ad ga-  
 dium. Crebro usurpant Orientales  
 بَابَ ostium rei, pro ejus aditu,  
 ingressuve. In Epist. Ibn Toph. p.  
 193. est *Querere veritatem* ۹۰-۹۱  
 بَابَ ad ostium ejus; id est ubi ea  
 querenda & adeunda. Observan-  
 dum & hoc Abilphar. p. 350.*

## أفتح على أبواب المعالجات المقتبسة من التجربة ما لا

*Aperta mibi fuere ostia  
rationum defumta ab experientia,  
qua numerari non queant.*

وَالْقَيْ حَبَّابِي عَلَيْ غَامِرِي

*Estprojicio frenum meum super gibbum  
meum. Prius est fut. in 4 a* القبي  
occurrit, unde القبي occurvere se-  
cit, projectis, conjectis. جبل funis  
غامض peregrinator, gibbus. عبدال

cameli, ut declaratum Conf. i.  
Rem ipsam egregie exposuit Scho-  
liax, propositio frenum super gibbum  
est vado quo, & quomodo, luet;

وهو مثل مضروب تقول  
العرب جبلك علي غاربك  
اهي انت مسيبة توجهي حيث  
تشبت وذلك ان الغارب مقدم  
سنان البعير والحجل فرمي  
وهم يربطون ركبة البعير  
يمطرف فرميدها وإذا لردن  
الرجل ان يسرح بعيرة يرعى  
حيث شاء حل طرف الحجل  
من ركبته ورميدها علي ظهره

*Et si hoc proverbiū protritum,  
dicunt enim Arabes, Funis tuus  
Supra gibbo tuo, pro, tu manum sis  
es, vade quo libet. Nempe Garib  
est anterior pars gibbi camelini,  
Hhabl autem capistrum; ligantque  
genus*

Claudicationem simulavi non ejus sane captus desiderio,  
sed portam solatii pulsatus.

Et babenis in dorsum rejectis sectam sum ingressus eorum  
qui nutant in religione.

Quod si me homines vituperant, parcite inquam, ne-  
que enim id clando criminis dandum est.

genu camelii extremitate capistrī e-  
jus: at quum quis dimittit camelum  
suūm, ut pascat ubi velit, solvit ex-  
tremitatem capistrī a genu ejus, &  
conicit in gibbum ejus.

وَلَسْكَ مُسْلِكٌ مِّنْ قَدْ حَرَجٌ

Et via ingredior ejus qui vacillat. Ra-  
dix apud Golium valet pas-  
cere sicut iumentum. Vacillavit,  
loco motus fuit iusto laxior annulus.  
misericordia, consudit: turbatum & per-  
versum fuit negotium religionis,  
fidei &c. &c. Scholastes misericordi-  
am elegit, nostrum حَرَجٌ

declarans per خلط العدد بالعدد  
misericordia serium ioco. Id languet.  
Non displiceret mihi prima poten-  
tia, ob præcedentem phrasin con-  
jecti in gibbum funis, ut se sectam  
sequi dicat eorum qui pascere sinunt  
iumentum, & discurrere ubi velit;

id est qui sibi habens laxans, &  
cupiditati indulgent. Magis tamen  
propendeo in Vacillandi significa-  
tionem; quæ & Claudicationem fi-  
ctam hominis & reliquæ ejus ver-  
sus ac nequitiam commode ex-  
primit.

فَلَيْسَ عَلَيِ الْأَعْرَجِ مِنْ حَرَجٍ  
Neque enim natura claudus culpan-  
dus est. Inquit talēm sibi esse indo-  
lem a naturaque versutiam hanc  
proficiisci: ac proinde neutiquam  
posse culpari. أَعْرَجْ Comp. a  
speciatim signat natura  
claudum. Ex ambiguo per Clau-  
dum intelligitur versus, versipellis,  
utrumque in latu Claudiatis, phrasi  
Biblica. حَرَجٌ culpa. delictum.  
لَمْ يَسْ مِنْ حَرَجٍ Non est de  
culpa, nulla est culpa.